

5

5. No 3
M. Actg. or
MS

10/2

C. q. 28.



Johann
O. Horne

ROMANARUM ANTIQUITATUM ELECTA.

AD X. CAPITA. IOAN. ROSINI.

- I. DE PRISCIS ROM. GENTIB. AC FAMILIIS.
- II. DE TRIBUBUS ROM. XXXV. Rusticis
atque Urbanis.
- III. DE LUDIS FESTISQ. ROM. ex Kalenda-
rio vetere.

STUDIO AND. SCHOTTI SOC. IESV.



COLONIÆ

Apud IODOCUM KALCOVIUM,

Anno M. DC. XLV.

ИЧЯЛНО
ДА ПРОДА
АТІН

СИМІОНОВСКАЯ
СІМІОНОВСКАЯ
СІМІОНОВСКАЯ
СІМІОНОВСКАЯ
СІМІОНОВСКАЯ

СІМІОНОВСКАЯ

СІМІОНОВСКАЯ



3



AND. SCHOTTUS LE- CTORIS.



THE NIENSES publice sanxerunt, ne quis ulli umquam via
ignaro indicium denegaret. Et Q. Ennius laudat,

qui erranti comiter monstrat viam,

Quasi lumen de suo lumine accendat, facit,

Sic & usum Annualium Fastorumq; Romanorum omnisq; adeo
Romanae Historiae, cōmonstrare in prēsens est animus. Quo enim, amabo, libroru,
di-vitia pertinent, usus si abſit? Utendum itaq; his libris, ut omni omnino Histo-
ria tractatione, via, ac ratione, ut multi iam differuerunt: quā methodum, digi-
tum velut in fontes intendens, demonstrare equidem conabor. Vſitato itaq; more,
tribus distinctum sit opus, etiam numeris 1. 2. 3. ostendo: deinde paginæ cuiusque
Tomi numerus indicatur, & totidem elementis a b.c. summa, media, ima pars,
ne quærendo diu multumque fatigeris, exhibetur.

I. Tria enim potissimum cum fructu in Hist. consideranda sunt. Primo, Viro-
rum Romæ illustrium series octo sæculorum, id est, annorum octingentorum &
quot excurrit: qui domi militiae, clari, sago plerique bellicisq; artibus; alii toga
atque doctrina & philosophando Rempub. Romanam administrarunt. His sane
T. Livius, Plutarchi vita parallela, & Scriptor de viris illustribus, seve is Corn.
Nepos est, seve Aurelius Victor, lucem accipiunt.

II. Deinde Magistratum omnium ortus, gradus, eventaq; & Reip. muta-
tiones eluescunt: quando de Magistratibus Rom. accurate satis ad hanc diem
scripsit nemo, ne suppositius quidē Fenestella, cuius libelli verus auctor est, An-
dreas Dominicus Floccus, Florentinus. Hic ordinem cernens honorū, gradus-
que à minori ad maiorem Magistratum, Questure, Tribunatus plebis, Ædili-
tatis, Praetura, & Consulatus: Dictatura item & Censura, veluti in speculo aut
è specula, spectare cuique licebit.

III. Tertio, Prænomina, Nomina, & Cognomina cuiusq; Romani civis (qui
tribus fere delebatantur nominibus) è Fastis cognoscere: quibus parens avusq; ap-
ponitur. Nam fere patre, avo, maioribus, rebusq; præclare gestis inclarescere dum

A 2 student,

student, acceptam augere potius gloriam & amplificare conati, Vrbem in orbis caput summumque Monarchiae decus tandem pro texerunt. Nominibus autem Gens cuiusque ostenditur, ut Familia Cognomento. His Prænomina antecedunt, quibus fratres eiusdem Familia & patruelis discernebantur.

Ceterum de Rom. Nominibus qui veteres scripserint, nunc accipe. Carissimus & Diomedes Grammatici, Valerius Maximus seu Probus, libro x. Memorab. Plutarchus in Viris, Dion Cassius lib. XLVII. Appianus Alex. initio Libyce, Pausanias in Achaicis. Parentumque memoria docte, ut omnia, quem honoris causa libenter nomino, Car. Siganus tractavit, eumque secutus Onuphrius Panvinius, & nuper à nobis evulgatus Annalium Commentarius uberrimus Steph. Vinnandi Pighii. Vastum accedat Inscriptorum antiquarum totius orbis Opus, post Smetium & Lipsium nuper à I. Grutero, Ios. Scalig. & Marco Velsero viris doctis, editum. De Familia autem Rom. ut Troianorum olim M. Terentius Varro scripsit, sic plures nostra memoria, tum de Patriciis maiorum minorumque gentium, tum de plebeis XXXII. Ant. Augustinus, summa vir doctrina & Antiquitatis cognitione prædictus è Fastis Capitolini, & è Nummis Fulvius Vrbinus Romanus; ac denique in Onomastico Ioan. Glandorpius. Typis vero seu Tabulis Ricardus Streinicus vir nobilis, & ante idem Glandorpius Monasteriensis. Nos illorum Scriptorum auctoritate subnixi, singula nomina gentilitia, quo in Fastis solent, ordine modoq; spectamus: Et Prænomen, Nomen, & Cognomen, interdum etiam Agnomen, & Adoptivum (quod sere in anus exit, ut in ius gentilicium) uno confetu videbis in Fastorum Tabulis. Etsi vero interdum Scriptores atque Historici ornatus gratia ordinem immutant, nihil id refert. Ut, verbi gratia, Dion Cassio Potitus Valerius est pro Valerius Potitus, Ciceroni Maluginensis M. Scipio, & Balbus Corn. maior. Velleio Paterculo, Flaccus Pomponius, Scaurus Æmilius, & id genus plurima in Scriptore de Viris illustribus occurunt. Nunc &c. c. n. oculis hæc subiiciamus, ducto è Prænominibus initio.

NOMI.



NOMINA ROM. Trium generum.

PRÆ N O M I N U M
quædam frequentia, Alia rarius usur-
numero xix.

para-

xxvii.

Ap. Appius	Agrippa
A. Aulus	Ancus
C. Caius	Arunis
Cn. Cneus	Coetus
D. Decimus	Drusus
K. Keſo	Egerius
L. Lucius	Fauſtus
Mam. Mamercurus	Hofines
M' MV. Manius	Iulus
M. Marcus	Lar
N. Numerius	Mamurius
P. Publius	Nero
Q. Quintus	Numa
Sex. Sextus	Opiter
Ser. Servius	Postumus
Sp. Spurius	Procillus
T. Titus	Paulus
Ti. Tiberius	Poitus
Hæc, præter Nume- rius, nunquam sunt gentilitia.	Romulus
	Remus
	Sertor
	St. Statius
	Tullus
	Vibus
	Volero
	Volusius
	Vopifus

Horum quatuor post in cognomina
transferunt. Agrippa, Gracchus, Proculus, Vo-
pifus; ut contra cognomina quædam in
prænomina versa sunt: pura Cossus, Drusus,
Iulus, Nero, Paulus, & similia.

N O M I N A Gentis sunt
propria, sicutque numero pro-
pe infinita, & Generi Logico,
ut Familia Speciei compara-
tur: vel arboris trunco, cuius
ramorum instar sine familiae,
seu cognomina, in ius ple-
rumque desinunt, præter v.
Cæcina, Norbanus, Peducus,
Perperna, & Poppæus: quæ forte
ipſa cognomina existimantur,
quorum nomina ignorentur,
ut de C. Verre, M. Agrip-
pa, & C. Macenate obser-
vatum; quorum tamen reperta
gentilitia ut C. Cornelius Ver-
res, M. Vipſanius Agrippa, & C.
Cilnius seu Cilinius (ut Ursino
in Corn. Tacitum Notis pla-
cer) Macenæ integre appellen-
tuntur.

Clarum iraque, unam cam-
demque in variis familias,
veluti ramos ac stirpes dedu-
ci, hoc est, cognomina plura
uni genti esse indita. Verbi
gratia: TULLIA gens iam
inde à Regibus ortum Roma
habens, non modo M. Tullii
Ciceronis cognomento, ut
Latina Eloquentia principis
celebris existit, sed & alias
præter Cicerones habuit: An-
nales, Cimbros, Deculas, Fabia-
nos, Longos, Montanos, Rufos, &
Seneciones; ut mox singulatim
ostendam.

C O G N O M E N , quod no-
minigentilitio subiungitur,
qua unum, sive pluram,
cognomina sunt, ut Cæſar,
Cicerio, Scipio. Item Maximus,
Verrucosus, Ovinula, Cuncta-
tor: quæ omnia unius Q. Fa-
bii cognomina fuerunt. Ea
quoque numero infinita, &
in ius numquam exēunt,
præter Pius & Caprarius: quæ
ambo Merellorum in Cæci-
lia gêre cognomina, & Triari-
rius Valeriorum. Desinunt
autem fere in has litteras:

- A. Nasica
- AR. Cæſar
- AS. Lanas
- ES. Garges
- ER. Pulcher
- EN. Cornicen
- EX. Caudex
- ENS. Violens
- I. Frugi
- IS. Regillensis
- IX. Felix
- IUS. Pius
- O. Cicero
- R. Cursor
- OS. Nebos
- OX. Venox
- US. Rufus
- UM. Corculum

A 3

Hū

His nunc de NOMINIBUS prælibatis, venio ad GENTES & FAMILIAS,
 quas, ut citius cuique occurrant, idcirco Alphabeti serie collectas digessimus, & quidem misliis
 veluti per saturam Patricis cum Plebeis, & additis cuique Gentis familiis seu cognominibus:
 quorum rursum cognominum varietatem, cum sint & ipsa in variis gentes diuincta, ordine in-
 fra etiam Alphabeti, quo lectorem assidue teneamus, recensebo. Quamobrem, si sum Fasto-
 rum nosse iuvat (ut iuvat sane) una eademque opera cernes, qui tum viri Roma maxime illu-
 stres cum armis, tum togæ: de hinc Magistratus quo ordine & quales gesserint: nimirum à
 Quæstura vel urbana vel Provinciarum, aut à Tribunatu plebeio ad ædilitatem, sive plebe-
 iam, sive curalem; inde ad Prætoriam, mox ad Consulatum per honorum gradus ascendisse;
 interdum etiam ad Censuram aut Dictaturam pervenisse. Rem exemplo illustremus:
M. TULLIUS CICERO, quando Prætor curulis fuerit, cognoscere in interpresando in-
 terest: & Consulatum quo tempore, laborante Republica maxime ob Catilina coniurationem,
 gesserit, quasque tum Consulares Orationes, caterasque alias habuerit, statim animadvertes:
 & quas ad quos familiares dederit epistolæ in exilio, domumque redux: ita magnam
 legendis Ciceronis scriptis, ut Romanorum disertissimi, & historicis
 referti narrationibus, velut in tenebris lucem accensam
 aliquando gratulaberis.

* * *

GEN-



GENTES ET FAMILIÆ ROMANORUM EX TABULIS SEU FASTIS CAPITOL. HISTORICIS, AC
N U M M I S.

A BURIA gens, Plebeia opinor. Meminat Livius lib. xli. & xlvi. In nummis cognomenei GEM. sive **Geminus** sive **Gemellus**. Fulvius Ursinus.

ACCOLEIA gens, forte Plebeia. Mentio est in duab. inscriptionibus: cognomento *Larifcolus*, cuius nomen & senum accipe ex Ant. Augustino lib. iv. Dialogorum de Nummis vett.

ACILLA, Plebeia gens, ab *ā̄nīlīus* Ursinus derivat, ut *ā̄nīlīus ā̄nīlīus* *Āemilius* Plutarch. Corrupta saepe vox in *Ariam*, vel *Aquilam*. Stirpes eius duas, *Balborum* & *Glaboriam*: ambæ Consulares.

ÆBUTIA gens Consularis, cuius cognomina illi. *Carus*, *Cornicen*, *Helua*.

ÆLIA, seu **AILIA**, Plebeia gens, cuius familia v. quas Antonius Augustinus, & infra recensimus: *Cati*, *Lamis*, *Ligures*, *Pati*, *Tuberones*. His adde *Gallos*, *Stalenos* & *Stolones*; ex Onuphrio.

ÆMILIA, olim **AIMILIA**, gens Patricia maiorum genitium, Albano oriunda, ducto à lepore nomine, ut auctor Plutarchus Distinguitor familiaram v. cognominibus, *Barbarum*, *Lepidorum*, *Mamerinorum*, *Paporum*, & *Paulorum*. His addit Onuphrius Buas (Bucas Enl. Vrsin. pag. 8. & 11.) *Livianos*, *Marcos*, *Porcinas*, & *Priverates*. Rariores & singulares: *Ragili* & *Scauri*. Vida Ant. Augustinum de familij.

ÆTERNIA, alijs **ATERNIA**, Consularis familia. Cognomen ei *Fontinalis*.

ÆRANIA, Plebeia, ut Fulvius Ursinus opinatur, gens; quia L. Afranius Cos. Plebeius cum Q. Caecilio Metello Celere fuit, an. 103CXXII. *Stellonis* cognomentum tulit.

ALLIENA, Plebeia, ut idem Ursin. opinatur, quia *Allienus* Plebeius lator fuit legis D. *Terminis*.

ANNIA, Plebeia quoq; è Scriptoribus nota Consularis, & his cognominibus, *Bassus*, *Capra*, *Luscus*, *Rufus*.

ANTIA gentis meminit M. Cicero, T. Livius aliquie. Cognomen illi *Pollio* & *Restio*. Est & **ANCIA** gens cognomento *Brutto*.

ANTISTIA, sive **ANTESTIA** Plebeia gentis familia fuerit *Rheginorum* & *Veterum*. Addit Onuphrius *La-beonum*.

ANTONIA gens in duas divisæ familias, Patriciam & Plebeiam. Patricii duo *Antonij*, cognomento *Meren-dæ*: Plebeii sex fuere sine cognomento. Ex his M. *Antonius* III. Vir R. P. C. & frater eius L. & *Antonij*. Ceteros diferte enumerant Anton. August. Consularis fuit, & cognomento *Balbus* & *Pietas*.

APRONIA gens Plebeia, ut Fulvius obseruat, ex Alfonso & Valerio Maximo recentissis aliquot. Cognomen illi *Sisenus* & *Calianus*.

AQUILLIA gentis duplex familia: Patriciorum, *Corvi*, & *Insi* cognominae. Et Plebeiorum, *Flori* & *Galli* cognom. Et Augustorum temporibus, *Iuliani* & *Sabini*.

ARRIA Plebeia gens, ut opinatur Fulvius, ex ijs. quæ de Q. Arrio refert in Bruto de claris Oratt. M. Tulius, & Ascon. Pædianus de Arrio Secundo.

ASINIA gentis, ut putat Ursinus. Plebeia cognomen est *Pollomis*. Addit Panuinius *Galli* & *Agrippa*.

ATIA gens, Plebeia in qua Augusti mater recentiss., teste Servio in v. *Aeneidos* Virgil. Cognomina illi *Balbi*, *Pauli*, & *Varrii*.

ATTIA vero cognomento *Plautis* facit Onuphrius mentionem.

ATILLA duplex familia: Patriciorum una, qui *Longit* tantum dicti cognomine; altera Plebeiorum, qui *Bulbi*, *Calatinis*, *Libones*, *Reguli*, *Serrani*.

AUElia gens, Plebeia opinor. Nam Q. Aulus Cos. an. CDXXX. in Fastis M. Verrij Capitolinisi & Livio ex Annalibus, ac Diodoro Siculo, ubi tamen *Ælius* vitiōse editur, ab aliis *Aimilius* legitur, male. Huic *Cerretano* cognomentum.

AURELLIA, eti Plebeia, origine Sabina, nobilis tamen & Consularis, Censoria, ac triumphalis tribus distincta familias seu cognominibus: in quibus fuerit *Cotta* *Orepta* & *Scauri*.

Axia seu **Axria**, Plebeia gens. Meminat M. Varro lib. III. Reitur, cap. II. & Cic. lib. I. ad Attic. Epist. vii. Cognomentum huic *Naso* fuit.

GENTES Consulares, ex Onuphrio, De antiquis Nominibus.

ABURNIA gens cognomento *Valens*.

ACCIA, cognom. *Varus*.

ACERONIA, cognom. *Proculus*.

ACUTIA.

AIBUTIA.

ALBIA gens Consularis, cogn. *Carrinas*.

ALBURIA.

ALBINIA.

ALPHINIA Consul, cognom. *Varius*.

AMPIA

AMPIA.

AMBIVIA.

ANCIA, cognomento *Brijo*.ANICIA Consularis, cogn. *Gallus*.

ANNEA.

APPIA gens Consularis, cognomento *Pansa*, *Saturninus*.APUSTIA Consul. gens, cognom. *Fullo*.

ARRUNTIA Consularis.

ATEIA, cognomento *Capito*.ATINIA, cognom. *Labeo*.AUFIDIA Consularis cognom. {
Lureo.
Orethes,
Tucca.

AURUNCULEIA.

AUTRONIA Consularis gens, cognom. *Craffus*, *Patrus*.AURIA, cognomento *Vellenu*.**B**ÆBIA gentis Plebeia frequens mentio apud Romanarum rerum Scriptores.**C**ÆCILIA gens Plebeia, Prænestine forte oriunda, Metellorum cognomento clara, sed hæc alijs etiam nobilis cognominibus xv. fere. Sunt enim hic, Balearici, Calui, Caprarij, Celeres, Cretici, Dalmatici, Dentrices, Macedonici, Metelli, Nepotes, Numidici, Pij, Scipiones, Silani, & Vittati. In nummis Rom. Metellorum potissimum familia reperitur.**CÆCINA** gentis in duabus antiquis Inscriptionibus mentio exstat. Una, in qua Neronis temporibus *C. Cæcina Largus* nominatur. Altera, in qua Vespasiano imperante *C. Cæcina Petrus* Consul cum L. Annio Basso descriptus est. Et Ciceronis pro A. Cæcina Oratio, de Vi, cuius quæstio definitionis est, An interdicto de vi teneatur etiam is, qui non dejectit de fundo, sed ab eius ingressu prohibuit.**CÆSIA** gens Patriciane an Plebeia incertum. In Corneliana pro Balbo Cic. P. *Cæsium* Ravennatæ à Cr. Pompeii parte civitate donatum prædicat, & alij illætres celebrantur Commentario de gente Cæsia à Io. Bapt. Fonteio Bononiæ olim edito, an. MD. XCII.**CALIDIAM** gentem Patriciam fuisse, ex antiquis Scriptoribus satis constat.**CALPURNIA** gentis Plebeia familia tres: *Befia*, *Bibulus*, & *Cæsonius*, & hi rursum *Eruji* & *Piso* cognominati. Ceterum à *Calpo* Numa Pompilij Regis filio duxisse originem, scribit Plutarchus in Numa: idemque Horatius in Arte Poetica *Pisonium* *Pompilium sanguinem* dixit, & Ovidius ad *Calpurnium* *Pisonem*, sed Lucani id poematione esse Had. Iunius primus docuit.**CANINIA**, sive **KANINIA** quatuor habuit familias: *Rebilos*, quorum meminit Livius lib. XLII. *Regulos* qui reperiuntur apud Cæsarem lib. VII. de bello Gallico. *Gallos*, qui habentur in antiquis denarijs. *Labones*, qui in *Arniensi* tribu censabantur.**CARISIA** gens. *T. Carisij*, fratri, ut opinor, *P. Carisij* meminit Dio lib. LIII. & LIV.**CASSIA** gens in duas divisa familias, Patriciam unam, *Bicellinorum*: ali *Vitellinorum*, aut *Vitellinorum* scribunt. Alteram Plebeiam, *Longinorum* cognomento. Unus etiam *Varus* dictus, & alter *Longinus* *Rovilla* dictus & *Calenus*.**CESTIA** gens fuit Plebeia. Cicero in Orat. pro Flacco, & in Philipp. III. (licet corrupte in vulgatis codicibus *Cestius* legatur, pro *Cestius*) & Appianus lib. IV. Belli civilis, faciunt *Cestij* cuiusdam mentionem C. autem *Cestij* meminit Tacitus lib. V.**CIPRIAM** gentem eandem esse cum *Cippia* pntat Ursinus, quæ sine s. litera, antiquo scribendi more in veribus quoque lapidibus reperitur.**CLAUDIA** gens familiæ habuit duas, Patriciam unam minorum gentium, ex qua fuerunt *Pulcri*, *Centhenes*, *Nerones*, & *Regillenses*: horum etiam aliqui *Craffini* dicti: addic *Cæcos*, *Craffos*, *Candites*, *Hortatores*, *Rufos*, *Sabinos*, *Caninos*. Alteram Plebeiam, quæ clarior fuit, *Marcellorum* cognominæ. Accedunt *Afernini*, *Aselli*, *Citria*, *Flaminini*, *Legendus* *Suetonius*, Ant. August. De familiis, & in *Claupius* *Pighius* noster.**CLOVIA** gens, sive *Cluvia* & *Clisia* (utroque enim modo in antiquis monumentis scripta reperitur) incertum Patriciane Plebeia fuerit.**CLOVIAM** gentem sive *Cloram*, Patriciam fuisse constat ex T. Livio, ubi de Canuleio Trib. pleb. Alba oriundam auctor est Dionysius lib. III. & ut Festus, à *Clacio* *Æneæ* comite. *Siculi* cognomenum potissimum tulit.**CLUENTIA** gens à *Clœnthe* *Æneæ* comite, teste Virgilio v. *Æneid*. ut à *Clælio* *Clælia* dicta, nullis clara honoribus, ut Plebeiam fuisse nullus dubitem.**COCCIA** gentis Plebeia frequens est mentio apud Scriptores; è qua fuit *Calderorum* familia, item *Nerva* cognomentum.

COELIA

COELIA gens Plebeia, ac Consularis, à Vibenna Cælo Etrusco dicta. Caldorum quoq; insignis cognomen-
to & Roforum.

COMINIA Consularis familia, cuius cognomina *Auruncus & Laurentinus*.

CONSIDIUS gentis Plebeia meminit Livius lib. ii. Dionys. lib. ix. Cæsar. lib. ii. de bello civili. Cicero lib. xii. epist. xxvi. ad Cornificium, & Val. Max. lib. iv. c. viii. Ex ea fuerunt *C. Considius Petus*, & *C. Considius No-*
nianus, ut *Petus* gentis huius cognomen fuerit.

COPONIA gens Tibure outa, & in civitatem Romanam adscita, Plebeiane an Patricia fuerit, incertum.

CORDIA gentis (nisi pro *Cadius Rufus* apud Tacitum lib. xii. Annal. ut aliquibus placet, scribatur *Cordige* *Rufus*, quod doctiss. Lipsio non placet, qui *Clandius* prius ediderat, post *Taditus* placuit magis, quod & ipsi nō probum est gentis nomen:) præter unum Cicerone haud scio an alijs faciat mentionem; qui lib. iv. in Ver-rem L. *Cordum* nominat honestum hominem, qui testimonium in Verrem dixit.

CORNELIA gens in variis stirpe s' divisâ, Rome omnium nobilissima; Plebeij prope innumerabiles. Pa-
tricij in novem præcipuas distincti families: *Cosforum*, qui *Maluginenses & Rutuli*, aut *Aruina* appellati. *Scipio-*
num, in his *Africanis*, *Nasica*, *Calvi*, *Afina*, & *Lentulorum*, pluribus etiam cognominibus, *Spirther*, *Sura*, &c. Fa-
mæ ignobiliores sunt: *Cetegri*, *Dolabella*, *Merula*, *Rufini*, *Sulla*. quorum itemmata & in Onomastico Rom.
Ioan. *Glandorpij* spectabilis, & explicat Ant. August. Enumerat vero cognomina singulatim *Onuphrius* lib. de
Nominib. Rom. fere xl. quos literatum ordine recente: *Æmilianus*, *Africanus*, *Aruina*, *Asiaticus*, *Afina*, *Au-*
gur: *Balbus*, *Barbutus*, *Blasio*: *Calvus*, *Caudinus*, *Cethegus*, *Cinna*, *Clodianus*, *Corenum*, *Cossus*: *Dolabella*: *Felix*,
Fronto: *Getulicus*, *Hippallus*: *Iauricus*: *Lentulus*, *Eupus*: *Magnus*, *Maluginensis*, *Mameretus*, *Mammula*, *Marcellinus*,
Maximus, *Merenda*, *Merula*: *Nasica*, *Numaninus*: *Rufinus*, *Rutulus*: *Salutio*, *Scapula*, *Scaurus*, *Scipio*, *Serapio*, *Sisen-*
na, *Spirther*, *Sulla*, *Sura*: & denique *Vir optimus dictus* *Corn.* *Scipio Nasica*. Singulos ordine ijdem Augustinus &
Glandorpij exhibent.

CORNIFICIUS gentis Plebeia Scriptores multi meminerunt: ex ea fuit *Q. Cornificius*, *Augur*, *Imp.* *Ciceronis* in
consulatu competitor, & in Auguratu collega, ut ex epistolis xvii. xix. xx. xxxi. libri duodecimi ad eum
scriptis constat.

CORUNCANIA gens esti Plebeia, nobilis tamen, cuius princeps *Ti. Coruncanius*, primus è Plebe Pontif. Max. Mag. Equit. Cos. Censor. Dictator fuit, & de Tusceis triumphavit. Vide Ant. August. in *Iunia* gente.

COSSETIA gente, ex equestri familia, outa fuit *Cossutia*, qua Cæsar. uxore dimissa, Corneliam. Cinece quartum Consulis filium duxit uxorem, teste Sueton. in Cæsare c. i. M. *Cossutij* cuiusdam mentio est apud Cicero-
nem lib. iii. in Verrem. Cognomentum *Cossutia* gentis *Sabula* & *Macidius*.

CREPARELE gentis facit mentionem Cicero lib. i. in Verrem, è qua natus *M. Creperius* equestri familia,
Crepareij cuiusdam *Gallij* sub Nerone meminit *Tacitus* lib. xiv.

CREPUSIA gentis vix est apud Scriptores mentio.

CUPIENNA gente ortus fuit *C. Cipiennius*, ad quem extar Ciceronis epistola xx. lib. xvi. ad Atticum. De
C. Cipiennio Libone Cumano-huius forte filio, vide Porphyronem ad Horatij Satyram ii. lib. i.

CURIA gens Consularis, cognomento *Detata*.

CURIATIA gentem Plebeiam, Alba oriundam, & à *Curia* forte dictam, Tullo rege in civitatem Romanam
ad seitan fuisse auctor est Dionys. lib. iii. Eius gentis familia fuit *Trigeminorum*, ex qua ortus est *C. Curiatius*:
Meminit & cuiusdam *C. Curiatij*, Trib. pl. Liv. lib. i. & in Epit. lib. x. & Val. Max. lib. iii. c. ii.

CURTIA gens, Patriciane ac Plebeie fuerit, incertum. Onuphrio Patricia est minorum genitum, qua Re-
mam sub Romulo migrarit. *M. Curtij*, à quo *Lacus Curtius* in foro Rom. dictus est meminit Dionys. lib. ii. Li-
vius lib. vii. Val. Max. lib. v. c. vi. & Orosius lib. iii. c. v. P. *Curtij Salassi* facit mentionem Cicero in epist. xix.
ad Lepram lib. vi.

Plures vero hic & in alijs Consulares, familias gentesque ita enumerat *Onuphrius Panuin.* lib. *De Antiquis
Nomibus*.

CASONIA gens,

CÆDICIA Consularis, cognomento *Notha*.

CÆSIDIA.

CATIA, cognomento *Fronto*.

CARVILIA Consularis, cogn. *Maximus*.

CANULEIA, cogn. *Dives*.

CALVISTA, cogn. *Sabina*.

CANIDIA Consularis, cogn. *Crassus*,

CARRILLIA.

CAPRILLIA.

CARFINIA.

CICEREIA.

CELNIA gens, cognomento *Macenas*.

CLIBRIA gens, cogn. *Saxula*.

DECIA & DECIMIA Consularis gens, hæc *Flavi illa Muris cognomento*.



DIDIA gens, sive **Deidia**, ut in quibusdam monumentis legitur, incertum Patriciane an Plebeia fuerit. **Saxa** illi cognomentum, & Consularis fuit.

DIGITIA & DULIA Consulares gentes etiam numerantur.

DOMITIA gens Plebeia, in duas fuit divisae familias, quarum altera *Calvinorum*, altera *Ahenobarborum* cognomine usata fuit. Suetonius legend. & Ant. August. de Familiiis.

DURMIA gentis, itemq; *M. Durmij*, qui sub Augusto Triumvir monetae cuendae denarios signavit mentio nulla apud Scriptores. Aliis *Durovia* videatur, alibi celebratur.

EGNATIA gentis Plebeia, & C. *Egnatij Maxsumi*, cuius exstant denarii, facit mentionem Cicero lib. iii. *Ead Atticum*, epist. xxxiv. Libro autem xiii. ad Memmium epist. xlvi. & lxxii. meminit L. *Egnatij Risi*: cuius fortasse filius fuit M. *Egnatius* is, quem in Augustum consiprasse Velleius, Suetonius, & Dio commemorant.

EGNATULEIA gentis *Maximi* cognomento, unus, quod sciam, Cicero meminit in. Philipp. ubi nominat *L. Egnatuleium* quendam, filium forte C. *Egnatuleij*, qui Victoriatum nummum percussit. Vide Festum in *Patres*, & *Plinius* lib. xxxvii. cap. iii.

EPPIA gens in tribu *Cornelia* censebatur, & in *Fabia*.

ENNIA & **ECQUITIA** in familias alii adiiciunt.

FABELA gentis *Patricia* sex stipes sunt. Tres frequentes, *Ambusti, Maximi, & Vibulani*. Minus frequentes *Bureones, Dorones, Pittores*. Addunt alii *Æmilianos, Celeres, Cunditatem, Ovulam, Eburnos, Gurgites, Labones, Licines Persicium, Rullos seu Rullianos, Servilianos & Verrucosos*. Ex his *Labones* tantum, *Maximi*, & *Pittores* in denariis reperiuntur.

FABIANAE gentis mentio in numero quodam æreo.

FABRICIA gens *Consularis, Luscini* cognomento.

FANNIAM gentem Plebeiam fuisse *Cosularem*, uno *Ciceronis* testimonio epist. xlii. lib. xvi. ad Atticum constat *Strabonij* illi cognomen.

FARSULEIA gentis mentio exstat in antiqua inscriptione *Sutrina*.

FIRCELLIA gens *Pa vonis* cognomento, & altera *Fictoria*.

FLAMINIA gentis Plebeia, *Cilonis* cognomento, meminit Cicero in *Bruto*, & ad Atticum epist. xiv. & xv. lib. xiv. & epist. i. & ii. lib. xv. *Livius* lib. ix. & alii.

FLAVIA gentis Plebeia cognomento *Fimbris*, frequens est mentio apud veteres Scriptores, *Flavos* autem sive *Flavus, Larvia* familia cognomen apud *Dionysium* lib. v. *Decimus* apud *Livium* lib. xxvii. *Cælestis* in *Epi-toma Liviana* libro xvi. *Sulpicia* apud Suetonium in *Claudio* cap. xli. *Ostia* in antiqua, que Tibur ex-star, inscriptione, & *Lureta* in æquo Augusti numismate.

FONTEIAMI gentem plebeiam fuisse constat, quod P. *Clodius Ciceronis* inimicus, ut *Tribunus pl. fierer*, P. *Foncio* Plebeio homini adoptandum se dedit. Cognomen multorum huius gentis fuit *Capito & Ballus*.

FUFFIA gentis Plebeia, ex qua Q. *Fufius Calenus* originem duxit. Vide *Ciceronis Philippicam* ix. & *Dionem Calenii* itaque cognomento fuit, item *Gemini & Strigoni*.

FULGINIA gens, *Trionis* cognomento.

FULVIA gentis Plebeia in multis divisæ familias, unius tantum *Cn, Fulvij* in argenteis denariis memoria reperitur. *Foukibus* autem veteres scribent, ut *Fourius*, & multa huiusmodi, Græcam scripturam imitati. Huius gentis familias *Onuphrius* numerat, explicatque Ant. August. *Centumalos, Curuos, Flaccos, Gillones, Maximos, Nobiliiores, Petos, & Petinos*.

FUNDANIUM quoq; gentem Plebeiam fuisse, ex *Livii lib. xxv.* constat. *Huic Funduli* quoq; cognomentum. **FURNIA** gens etiam *Consularis* fuit.

FURIA gens partim in *Patriciae* divisæ familias, quarum cognomina sunt, seu familiæ vii. *Camillus Crassipes, Fufius, Medullinus, Pacilus, Philus, & Purpureus*, partim in *Plebeis*. *Livius enim lib. ix. L. Furij Tribuni pl. meminit*, & lib. xxxix. *M. Furij Lufsi Adilis*, a quo Ludi Plebeii diem unum instaurati sunt. *Patriciae Purpureonum, Crassipedum, & Philonum* denarii Rom. reperiuntur. *Furius* autem *Brochus* *Patricius* fuerit an Plebeius, incertum. Ant. Augustinus dividit *Furios* in frequentiores; *Fufos*, seu *Medullinos*, vel *Pacilos*, atq; in *Camilos, Philos* autem & *Purpureos* raro *Consulares* fuisse.

GABINIA, *Consularis* gens fuit. **GALLIA** gens cognomēto *Lupercus* inter *Patriciae* an Plebeias numeranda sit, ex iis Scriptoribus qui circumferuntur, elici non potest. Cicero v. *Verina C. Gallum* senatorum, hominem equestrem appellat, partem fortasse *C. Galli*, cuius exstar nummus æreus ab eo signatus, cum esset Triumvir sub Augusto. Meminit & *Tullius alterius Q. Gallij* Pratoris an. *DCCLXXVIII. L. Cotta & L. Torquato* *Coff.* quem anno sequenti de ambitu accusatum, defendite ea *Oratione*, qua non exstar.

GEGANIA gens à *Gya* Ænea comite, teste *Servio* in v. *Æneid*. *Alba oriunda*. Fuit & *Gegania Vestalis* sub *Romulo*, ut *Plutar*. refert. *Patricia* fuit minorum & maiorum gentium. *Macerini* cognomentum habuisse fertur.

CELLIA gentis *Poplicole* cognomento, duo tantum denarii spectantur. Eorum alter visus est pertinere ad *Gellium Cn. Pompeii* legatum in bello maritimo contra piratas, cuius meminit *Florus* lib. iii. Alter sine dubio ad

17

ad L. *Gellium Populeum* spectat, cum esset Antonii Quæstor Proprætore: postea cum M. Coccio Nerva Consulatum gesit, anno DCCXVII. Vide Diocem lib. XLVII.

G E N U C I A Consularis gens, *Augurini* cognomento, item *Aventinenis*, *Clepsina*, & *Pansa*. Fuit & **G E M I N I A** gens: item **G R A N I A** *Flaci* cognom.

H A T E R I A gens Consularis, cognomento *Agrippa* & *Antoninus*.

H E L V I A gens, cognomento *Blaſio*.

H E R E N N I A gens Plebeia in *Balborum* familias & *Gallorum* divisa fuit. *L. Herennii Balbi* meminit Pædixius in Milonianam, *Galli*, *Afinius Pollio* in epistola XXXIX, lib. IX, ad *Plancum C. Herennii* Trib. pl. qui P. Clodium ad plebem traduxit, facit mentionem Cicero epistola XV. & XVI, lib. I, ad Att.

H I R T I A gens, incertum, Patriciane an Plebeiae fuerit.

H O R A T I A gentis Patricia cognomena fuit ut & Curiae *Trigemini*. Unus tantum reperitur eius denarius.

De *Horatio Coctile* *Livius*, *Dionysius*, *Valerius Maximus*, alii.

H O R T E N S I A gens Consularis.

H O S I D I A gens *Ceta* cognomento ab *Appiano* lib. III. de bello civili, & *Dionem* lib. XLVII. & LX, nominatur, non tamen ex eorum verbis elici potest, Plebeiane an Patricia fuerit.

H O S T I L I A gentis, quia ab *Hosto* quadam *Hostilio Medulino*, ut creditur, originem duxit, qui Romulo regnante Romanam civitatem adeptus fuit, crebra mentio apud Scriptores. Eius autem gentis familiae reperiuntur in monumentis *Capitolinis Tullii Regis*, & *Mancinorum*: apud *Livium* lib. XXXVII. *Tubulorum* & *Cato*: num: apud *Varronem* & in *Nummis Saturnarum*. Cognomina itaque illius, *Cato Mancinus*, *Saferna*, *Tubulus*.

I T I A gentis unus tantum denarius à *L. Itio*, ut opinor, signatus reperitur, ad quem Horatii exstat *Oda* XXIX. libro inscripta, ad *L. Icium*. Sic enim in verutissimis codicibus pro *Icium*, sciptum reperiiri, admonuit vir eruditissimus *Carolus Langius*. *Cicerio* III. *Philipp.* nominat *M.* quandam *Icium* corrupte, ut opinor, pro *M. Itio*, qui quidem error in *Atis* quoque familiae nomen irrepli, *Portum etiam Itium* in lib. v. de bello Gallico pro *Icium* ex verutissimo exemplari apud *Cæfarem* iam pridem reponuit *Fulvius Ursinus*: Et nos pridem in *Macrobius observatorium* L. I. i. m. corruptum in *Lucium*, itemque in *Suetonio*. Sic enim ille lib. II. *Saturnalius*. cap. IV. in *Augusti dicteriori*: *Lucius* (lego *I. Itius*) *gravis Tragediarum scriptor interrogabatur*, quid ageret *Ajax* *suum*: Brille: *In spongeam*, inquit, *incubuit*: Et in *Augusto Tranquilli* cap. 43. *Adolescentulum Lucium honeste natum*, &c. Forte *L. Itium*.

I U L I A M gentem familias habuisse *Patriciae* & *Plebeias*, inter Scriptores constat. *Patriciae Cesare* in denariis habentur. In historiis vero rerum Romanarum hi recentur: *Apuli*, *Augsti*, *Burtones*, *Germanici*, *Ituli*, *Libones*, *Mentones*, & *Strabones*. Haec vero in duas præcipue stirpes scinduntur, *Iuliorum* & *Casarum*. *Burtonum* nulla apud Scriptores mentio, unde *Patriciae* an *Plebeiae* fuerint, scire non possumus. *Origo gentis Iulia* clarissime ab *Æneas* filio Iulo ad *Venerem* referrunt: cuius stemma integre à *Ioan. Glandorpio* in *Onomastico Rom. descriptum* legas.

I U N I A gentis cum multa à Scriptoribus familiae nominantur, *Plebeiae* quidem *Bruti*, *Bubulci*, *Callaici*, *Penni*, *Pera*, *Scave*, & *Silani*; tum illud obseruat *Fulvius Brutorum* tantum & *Silanorum* in denariis reperiri. *Brutorum* quoque familiam duplice fuisse, *Patriciam* unam, ex qua *L. Brutus*, qui Reges ciecit, ortus sit: alteram *Plebeiam*, multiplicem, cuius princeps *L. Brutus* primus Trib. pl. exstiterit, scribit *Dionysius* lib. V.

I U V E N T I A gens Consularis, cognomento *Thalna*.

L A B I E N A gentis Plebeia Scriptores multi meminerunt. Ex ea fuit *T. Labienus* Trib. pl. Vide *Ciceronem* pro *Rabirio*, *Orosium* lib. V.C.XVII. & *Dionem* lib. XXXVII.

L A L I A gens Consularis, cognomento *Balbus* & *Sapiens*.

L A T E R I A item Consularis, cognom. *Plancianus*.

L I C I N I A gentis Plebeia, *Murana* tantum *Crassi*, *Nerva*, & *Stolones* in nummis reperiuntur. At in historiis etiam *Calui*, *Crassi*, *Luculli*, *Murena*, *Re*, *Divites*, *Frugi*, *Macri*, *Varri*.

L I V I N E I A gentis una tantum *Regulorum* familia apud Scriptores reperitur. Nam *L. Livineius Trypho*, qui nominatur à *Cicerone* in epistola LX, lib. XIII. libertus fuit *L. Reguli*, cuius exstant nummi.

L I V I A gentis Plebeia, unus tantum *Salinatorum* familiae, in æro nummo mentio reperitur. At plures in *Æmiliani*, *Claudiani*, *Dentres*, *Druſi*, *Libones*, & *Salinatores*.

L O L I A M gentem Plebeiam fuisse constat. Ex ea enim ortus est. *M. Lollius Palikanus*, quem hominem sediciose appellat *Valer. Max.* lib. IX. c. X.

L U C I L I A gentis Plebeia, familia plures variis distincti cognominibus apud Scriptores reperiuntur. *Bassi* in li. XI. ad *Atticum*, *Longi* & *Capitonis* à *Tacito* li. IV. *Blefis*, li. XVII.

L U C R E T I A gens in familias divisa fuit *Patriciae* & *Plebeiae* *Patriciae* gentis cognomento omnes *Tricipitini*, uno excepto *Floro*, appellati. *Triones*, qui in nummis antiquis expressi reperiuntur, *Plebeios* fuisse Ursinus opinatur, *Tris* apud *Dionem* & *Tacitum* lib. V. cognomen est: *Fulcinii* Consulis an. DCCCLXXXIII. *Plebeiae cognomenta*, *Trio*, *Gallaes*, *Offella*, *Velphilo*.

L U R I A gentis Corn. Tacitus meminit lib. XII. & *Dio* lib. LVIII.

L U T A T I A gentis Plebeiae omnes cognomine *Catuli*, uno excepto *Cercone* dicti. Unus tantum exstat denarius, in quo *Cerconis* cognomen ei tribuitur. *Liuius* lib. XLII, meminit *C. Lutatii Cerconis*.

MÆCILIA gentem Albanam, Tullo Hostilio Romæ regnante, Alba diruta, civitatem Romanam adcepit, & in Senatorium Patriciumque ordinem allestam scribit Dionys. lib. iii. Fuit autem familia ex hac gente alia Patricia, alia plebeia.

MAIANIA gentem, quæ in aliquot nummis antiquis notata est, opinatur Fulvius Ursinus eamdem esse cum ea, quæ in tabulis Capitolini modo *Mainia*, modo *Mania* nominatur, quæ & Consularis, ut & **M**ÆCILIA *Capitolini* cognomento.

MAMILIA gentem Plebeiam à *Mamilia Telegoni* filia originem & nomen duxisse, omnes fere Scriptores tradunt. Ipse autem *Telegnus Ulysses* fuit & *Circes* filius, qui Tusculum oppidum in Latio condidit, ut scribit Sex. Pompeius, Plutar. Acron. & Pompon. Porphyrio Horatii interpretes. Cognomen huic genti *Limentana* & nummi tributum, & Historici addunt *Turrius* & *Vitulus*.

MANILIA gens Consularis.

MANILIA gentem duplicum fuisse, Patriciam unam, alteram Plebeiam, ex iis quæ scribit Cicero i. Philipp. coniuncte possumus: cognominibus octo, seu familiis distinguitur, *Acidi*, *Attici*, *Capitolini*, *Fulviani*, *Imperiori*, *Longi*, *Torquati*, & *Vulso*.

MARCIA quoque gens Patricia habuit familias & Plebeias. Sed Patriciorum nulla in antiquis denariis exstant memoria. Plebeiorum *Philippus* tantum & *Libones* in numismatis notatis animadversum: quos ab *Anco Marcio* Rege originem duxisse præter alios restatur & *Ovidius* lib. vi. Faftorum. Verum *Marcium* gentem à duobus Romanorū Regibus *Numa* & *Anco* originem traxisse, omnes fere Scriptores tradunt: in qua de Patricis clarissimus fuit *Coriolanus*: de Plebeiis familiis quinque nobiles existunt, *Conforius*, *Figuli*, *Philippi*, *Reges*, & *Rutili*. addit *Onuphrius Ralla*, *Thermus*, & *Tremulus*.

MARIAM gentem Plebeiam fuisse, vel ex eo constat, quod *C. Marius c. r.* qui nullo usus est cognomine, & *M. Marius Gratidianus* Tribuni pl. cum essent, alter de suffragiis, alter de re nummaria legestulerint.

MASSURIAGENS, cognomine *Sabini*.

MEMMIAGENS, ut ex veteribus Scriptoribus, & antiquis denariis colligere licet, inter Plebeias numeranda est. Ex ea enim existit *Memmius Adelis* Plebeius.

MESCIANIAM gentem Plebeiam fuisse liquet, quod *C. Messinius* (quo Tr. plan. DCCXCVI. ab exilio revocatus est M. Cicero) ex ea natus fuit. Cicero in orat. pro P. Sestio, & post reditum in Senatu L. autem *Messinius Rufus*, cuius exstant denarii, sub Augusto cuendam moneta Praefectus fuit. Vide Ciceronem epist. xxvi. lib. xiii. & epist. vii. lib. xvii. & quæ ad eum dem L. *Messinius Rufus* scripta sunt epist. xx. & xxi. lib. v. ad Familiares.

METTIAM gentem è Lanuio municipio oriundam fuisse, è *M. Mettii* numero suspicari licet: *Mettii* quoq; cuiusdam memini Cicero epist. xxvi. lib. xv.

MINATIA gentis facit mentionem Valer. Maxim. lib. iii. cap. iv. in quo nominat *Minatium Rufum*. Alii *Sabini* tribuunt cognomentum, quod & *Masuriæ* genit.

MINUCIAGENS Patricia primum, postea Plebeia fuit. Reperiuntur nummi ex hac gente familiae *Augurinorum* & *Thermonrum*. Illi Patricii, hi Plebeii, quibus & *Rufus* accedunt, *Pica*, & *Melliculus*.

MUCIAGENTEM Plebeiam fuisse, inter Scriptores convenit. Eius autem familiae duas reperiuntur, *Cordorum* & *Scavolarum*. *Cordorum* facit mentionem Dionys. lib. iv. & Quinctil. lib. i. c. vii. Illi vero Iuris Civilis scientia clari, ut Ant. Augustinus lib. de Familiis *Iureconsultus* recenset, *Augurii* addunt alii.

MUMMIA Consularis gentis cognomentum *Achaia* fuit.

MUNATIA gentis *Planorum* tantum familia in antiquis denariis reperiatur: cum *Rufi* etiam à Cicerone lib. vi. in *Verrem*, & Val. Maximo lib. iv. c. iii. utriusque à Scriptoribus nominentur.

MUSSIDIÆ gentis è *Sabinis*, ut arbitror, oriunda, facit mentionem Cicero epist. x. lib. iii. ad Q. Fratrem: in qua pro *Mussidius* librariorum errore scriptum est *Messidius*. *Huius Longorum* cognomentum.

NÆVIA gentem Plebeiam fuisse, ut hoc intelligere possumus, quod ex ea existit *M. Nevius* Trib. pl. qui P. Scipionem diem dixit, ut scribit Val. Max. lib. iii. c. ix. Eius gentis in nummis reperiuntur familiae *Balkorum* & *Sardinorum*, item *Mathonum*; L. *Navii Balbi* facit mentionem Livius lib. XLV.

NASIDIÆ gentis, incertum Patriciæne an Plebeia, Scriptores multi meminerunt.

NAUTIA Patricia gens, ut arbitror, maiorum gentium. In hac *Rutiliorum* familia Consularis.

NEREIÆ gentis facit mentionem Horatius lib. ii. Serm. Satyræ. De Cn. *Nerio Pupinia* Cicero epist. iii. lib. ii. ad Q. Fratrem.

NIGIDIA gentis cognomentum *Figuli*, cuius rei ratio redditur ab Augusto lib. v. c. iii. de Civitate Dei.

NONIAGENTEM Plebeiam fuisse vel inde constat, quod ex a fortioris *Nonius Balbus* Trib. pl. cuius meminit Dio lib. i. Cognomen illi fuit *Afrrena*, *Quindianus*, *Suffenus*.

NORBANA quoque gens inter Plebeias numerata fuit, ex qua C. *Norbanus* Trib. pl. extitit, & *Flacci* cognomento.

NUMETIA & **N**UMITIA gentes diverse.

NUMITORIA gentem Plebeiam fuisse, vel ex uno L. *Numitorio* constat, qui Tr. pl. à Livio describitur lib. ii. & Dionys. lib. xii. Cicero lib. inde Inventione meminit Q. *Numitorii*, qui *pullus cognominatus* fuit.

NUMONIA gentis facit mentionem Velleius lib. ii. Cognomen fuit *Vala*.

OCTAVIAGENS Consularis, cognomento *Rufus* & *Thurinus*.

Oeuz-

O CULINA gentis Plebeia facit mentionem Livius lib. x. & Valerius Maximus lib. i. cap. ix. Galli sorti-
ta cognomentum est.

OPIMIA, vel, ut est in argenteis denariis, **OPEMIA** gentis Plebeia frequens est mentio apud veteres
Scriptores.

OPPIA gentis Plebeia facit mentionem T. Livius lib. xxxiii. Cui Cornicen cognomen.

OCTACILIA gens Consularis, cognomine *Craffi*: ut & **OVIDIA**, *Nasonis*.

PAPIAM gentem Plebeiam fuisse, satis inter Scriptores constat, sed Consularis, cognomento *Milonis* &
Musili.

PAPIRIA M gentem duplicum fuisse, ex Ciceroni epistola xxi. lib. ix. ad Famil. copiose discas. Patricia quidem ante Reges exactos & quidem minorum gentium: cuius cognomina seu familiæ v. fuerint *Craffi*, *Curfus*, *Matronus*, *Mugilloni*, *Pati*, & *Pratextati*. Plebeia gens *Carbonum* cognomento. è qua M. Papirius pulsis Regibus Pontifex Max. fuit. Explicat post M. Tullium ac recenset Ant. Augustinus.

PADANIA gentis, cuius cognomen est *Cofsa*, mentionem facit Livius lib. xxv. & Val. Maxim. lib. iii. cap. ii. *Corn.* Tacitus lib. xiv. & xvii. Plut. etiam in Cicero *P. Cofsa* cuiusdam meministi.

PETILLIA gentis Plebeia frequens est mentio apud Scriptores. Livius lib. vii. meminit *C. Petilli Balbi*, Tr. pl. & lib. xxxix. *Q. Petilli Spurini* Tr. pl. Cognomina enim illi *Capitolini*, *Spurinna*, & *Perperna*.

PETRONIA M gentem Plebeiam è Sabini oriundam concire licet. Vide Val. Maxim. lib. i. cap. i. & lib.
iv. cap. vii. Cognomina illi *Passer*, *Sabinus*, *Turpilianus*.

PINARIA M gentem Patriciam à *Pino Numa Pomplii* filio duxisse originem, scribit Plutarch. in *Numa*: Livius tamen lib. ii. & Dionysius lib. ix. à *Pinariis*, qui Herculi sacra anniversaria faciebant, genus traxisse malunt quibus assentient. Virgilus lib. ix. Cognomina illi fuere *Mamerini*, *Natta*, & *Rufi*.

PLATONIA M gentem Plebeiam five *Lazoriam* (utroq; enim modo scripta reperitur) Plebeiam fuisse satis constat. Vide M. Varonem lib. v. de lingua Lat. Livius lib. xxx. Censorinum De die natali cap. xix.

PLANCIA M gentem Plebeiam fuisse constat, quod *Cn. Plancius*, cuius denarii exstant Trib. Pl. fuerit. Leg. Ciceronem lib. ii. ad *Q. Fratrem*, & lib. i. ad *P. Lentulum*, & Dionem lib. xxxix.

PLAUTIA M gentem Plebeiam constat fuisse. Cognomina habuit & familias *v. l.* *Decianus*, *Hypatus*, *Plan-*
cus, *Proculus*, *Silvanus*, *Venne*, & *Veno*.

PUBLICIA M gentem five *Publisciam* (utroque enim modo in antiquis monumentis scribitur) Plebeiam quoque fuisse, ex Livii lib. xxvii. observo.

PONTELLA Consularis, cognomento *Balbus*, *Libo*, *Vipolus*.

POMPRIA gentis Plebeia, tres in antiquis denariis reperiuntur familiae: *Magni*, *Rufi*, & *Possli*. In historicis etiam *Bithynicus* & *Srabo*. Enumerat & haec Ant. Augustinus lib. De Familia Rom.

POMPONIA M gentem Plebeiam à *Pomponia Numa Pomplii* filio duxisse originem, Plutarch. scribit in *Numa*, & arguunt huius gentis denarii. Familias seu cognomina Romæ vi. habuit. *Atticus*, *Flaccus*, *Matto*, *Molo*, *Mula*, & *Vitulus*.

PORCIA gentis Plebeia *M. Catonem*, qui *Censorius* appellatus est, Tusculo municipio oriundum, aucto-rem exsistisse, inter Scriptores satis convenit: de quo Cicero ii. de Legibus: itemq; de genere ac nominibus *Porcia* familiae Agellius lib. xxi. *Noct. Attic.* cap. xviii. meministi: eodem in lib. cap. xii. *Porci* Tribuni pleb. Familias duas habet *Luciorum* & *Catonum*. Ex hac duo Replumina *M. Porcius Cato* maior & minor, & multi Consulares, ut in Faflis Capitoninis cernes. item *Lecca* cognomento.

POSTUMIA gens Patria Romæ floruit post exactos reges, in plures divisa familias, quarum nobilissima fuit *Albinorum*.

POTITIA gens Patria; Urbe antiquior, sed quæ cum xi. familias interiit circa Urbis condit. annum c. d. xlv.

PROCILIAM gentem è Lanuvio municipio oriundam intelliges è gentis illius denariis. Est & **PROCU-**
LEIA gens nota.

PUBLILIA Consularis gens, cognomento *Philo* & *Vulcenus*. Item & *Pupula* Consularis.

QUINCTIA M gentem, Alba diruta, Romam à Tullo Rege translata fuisse, & inter Patricios coopta-
tam, scribit Livius lib. i. & Dionysius lib. i. apud quem pro *Kewalæs*, ut est in vulgatis libris, corrigendum. Alterius autem *Quinctia*, que fuit Plebeia, facit mentionem Cicero in orat. pro A. Cluentio, & Livius lib. xxiv. Inter gentis huius cognomina fuit *Crispinus*, ut & haec: *Barbarus*, *Capitolinus*, *Cincinnatus*, *Clau-*
dinus, *Flamininus*, & *Pennus*.

QUINTILIA gens Patricia maiorum gentium, vari cognomine ornata: de qua Sext. Pompeius le-
gendus.

RENI gentis nulla apud Scriptores mentio, sed *RECIAE*.

ROSCIA M gentem Plebeiam fuisse ex eo constat, quod *L. Roscius Otho* Tr. pl. ex ea ortus. Fuit cognome-
nto *Amerinus*, *Eubatus*, *Regulus*.

RUPELLIA, cognomento *Geminus*, & **RUPILIA** Consularis quoque fuit.

RUBRIA gentis Plebeia facit mentionem Cicero in *Bruto*, qui est de claris Oratoribus, Appianus lib. i.
bell. civil. & Plutarchus in *Ti. & C. Gracchis*.

RUSTIA gentis mentio in antiqua Inscriptione.

RUTILIA gens duplex fuit, Patricia & Plebeia. **Flacci** nullibi, præterquam in uno denario, fit mentio. **Rutilii** *Craſſi* meminit Livius lib. iv. *Calui*, lib. xlv. *Rufi* Cicero in orat. pro Plancio. *Lupi* Cæſar de bello civili lib. i. & *Quintilianus* lib. i. cap. ii. *Cenſorini* Val. Max. lib. iv. cap. i. *Quinque* igitur huic familie: *Calui*, *Censorini*, *Craſſi*, *Lupi*, & *Rufi*.

ALVIAM gentem Ferentino oppido atque ex principibus Erruria, ut ait Suetonius in Othone, oriundam. Plebeiam principio fuisse ex eo constat, quod ex ea natus sit *Salvius* Tribun. pl. Vide Appianum lib. iii. bell. civil.

SALLUSTIA gens *Crispi* cognomento.

SANQUINIA gentis unus, quod sciam, Tacitus facit mentionem lib. v. cui *Maximi* cognomenum.

SATRIEN & gentis in uno tantum denario mentio exstat: alibi **SATRIE**.

SAUFFELIA gentis in nummis veteribus mentio est, & apud Ciceronem sepe.

SCRIBONIA gentem Plebeiam fuisse, inter veteres Scriptores satis conflat. Eius duas tantum familie, *Curiom*, ut arbitror, & *Liborum*, in denariis reperiuntur.

SEMPRONIA gens, Patricia primum fuit, postea ad Plebem traducta, Plebeia facta est. Eius in nummis familiae tres reperiuntur, *Atratinorum*, qui Patricii fuerunt: *Gracchorum*, qui Plebei, & *Pitionum*, quos Plebeios item fuisse, sed de his nihil certi habens, opinatur *Uſtinus*. Familiae vero seu cognomina gentis Sempronius in Historicis haec: *Aſellus*, *Blaſsus*, *Gracchus*, *Longus*, *Sophus*, *Tuditianus*.

SENTIA gens incertum, Patriciane an Plebeia fuerit, certe Consularis, *Augurini* & *Saturnini* cognomento.

SEPUILLIA gentis nullus, quod sciam, meminit. Reperiuntur tamen in quibusdam antiquis nummis P. *Septulli* nomen.

SERGIA gentis Patriciae, vel unius Vergilii testimonio lib. v. *Æneid*. nobilis à *Sergivo* *Æneas* comite. Ubi Servius notat. M. Varronem *De familiis Troianis*, olim scripsisse: & *Trojanas* vocat Romanos Iuvenalis. Huius gentis *Silanus* tantum exstat in denariis familiae, cum plures claræ à Scriptoribus nominantur, cognominibus sex fere: *Catilina*, *Fidenas*, *Natta*, *Ocella*, *Planeus*, & *Silo*.

SERVEIA gens, cognomento *Rufus*.

SERVILIA gentem (vel ut in nummis notatum exstat *Serveiliam*) dictam forte à *Servio* præ nomine, ut & à *Quintio* *Quinctia* gentes: *Albanam*, à *Tullo* rege, *Alba* diruta, Roman translatam fuisse, inq: Patriciorum ordinem allestant, scribit Livius lib. i. & Dionys. lib. ii. Eius autem in antiquis denariis familiae reperiuntur Patriciae & Plebeiae. Inter huius gentis cognomina fuerunt *Abala*, *Axilla*, *Cepio*, *Casca*, *Fidenas*, *Geminus*, *Iauricus*, *Longus*, *Priscus*, *Pules*, *Strutus*, *Tucca*, & *Vatia*.

SESTIAM gentem Patriciam fuisse, ex Livio discimus.

SEXTIA gens Consularis, cognomento *Latorianus*, *Sabinus*, *Sextinus*, *Fuit* & **SEXTILIA**.

SICINIA gentis Plebeia frequens apud Scriptores mentio, cui sit cognomenum duplex, *Belluti* & *Dentati*.

SILIAM gentem Plebeiam fuisse, ex codem Livio lib. 14. observo.

SPURILIA gentis Plebeia Cicero meminit epist. ii. ad Q. Fratrem, lib. i. Livius lib. ii. & Dionys. lib. ix. ex ea Marcus ortus est.

STATILIA gentis aliquot à Scriptoribus familiae nominantur. ex eis autem *Taurorum* novam fuisse, Velicius indicat lib. ii.

SULPICIAM gentem Patriciam minorum gentium fuisse volunt, xi. cognominibus claram: *Camerini*, *Cornutii*, *Galbe*, *Galli*, *Longi*, *Maximi*, *Paterculi*, *Petici*, *Prætextati*, *Rufi*, & *Sauvientes*, qua inf. spectabiles. Camerio oppido oriundam fuisse, conjectare licet è *Ser. Sulpicii* cognomine, qui primus ex ea gente Romam venisse creditur, & è patre nomine *Camerinus* dictus esse, ut *Furia Medullinorum* a *Medullia* opido, *Ser. Galbam* Imp. ex hac gente natum, eius originem ad Iovem retulisse auctor est *Sueronus* in *Galba*. Gens autem *Sulpicia* fuit duplex, sive, ut quibusdam placet, triplex, *Patriciorum*, *Plebeiorum*, & *Equestrium*. *Patriciorum Galbae* in antiquis denariis: *Equestrium Rufi* reperiuntur. Illud autem in hac gente maxime notandum, *Sulpiciam Ruforum* familiam duobus simul prænominiis usam fuisse. Itaque in antiquis denariis nominatus *L. Servius Rufus* & apud Cornelium Nepotem in Attici vita, *M. Servius Sulpicius*, sic apud Livium, *P. Servius Sulpicius*.

TARI gens Consularis, *Ruffi* cognomento.

TARPEIA Patriciae gentis maiorum gentium, à *Tarpeio* arcis Præfector.

TARQUITIA gentis Patriciae mentio frequens est, cum in Fastis Capitolinis, tum in antiquis Inscriptiōnibus.

TARQUINIA gens sub Anco Marcio Romam translata. In hac sunt *Collatini*, *Prisci*, *Superbi*. item *Capitolini* & *Montani*.

TERENTIA gens inter Plebeias ab antiquis Scriptoribus numeratur. Vide Livium lib. iii. Dionys. lib. x. Reperiuntur in antiquis denariis gentis huius familie duas, *Lucanorum* & *Varronum*; de quibus sit mentio apud Scriptores multis locis: qui & has addunt: *Culeones*, *Messallas*, *Muranas*, *Paristeres*.

THORIUM

THORIAM gentem fuisse Plebeiam, inter omnes fere Scriptores convenit. *L. Thorij Balbi*, meminit Cicero lib. ii. de Finibus.

TITINIA gens familiæ habuit Patricias & Plebeias. Patricæ meminit Livius lib. v. Plebeia idem Livius lib. iii. facit mentionem. Cognomen habuit *Longi*.

TITIAM gentem Plebeiam fuisse constat, quia multi ex ea Tribuni pl. legelque ab illis latæ.

TITINIA gentem è Sabinis Romanam venisse constar vel ex denarijs. Meminit Cicero pro Fonteio. Unde & *Sabini* cognomen sortita est.

TREBANIA gentis tantum in nummis mentio, nisi forte mendum est in æs incidentis pro **TREBATIA**. Hujus sape meminit M. Tullius; aut pro **TREBONIA** gentis, cuius cognomina fuere, *Aper*, *Crispus*, *Flavus*.

TREMELLIA gens cognomina habuit *Flaccus* & *Scrofa*.

TULLIUM gentem inter Patricias numeratam fuisse, ex Scriptoribus constat. Fuerunt autem plurima Tulliæ gentis familiæ, cognominibus distinctæ. Patricæ quidem cognominibus affectæ *Longorum* & *Tollerorum*; Plebeia vero duas in familiæ divisæ, *Tulliorum* & *Decularum*. His adnumerantur *Annam*, *Cimborum*, *Fabianorum*, *Montanorum*, *Ruforum*, & *Senecionum*. *Longorum* mentio exstat apud Cicero nemlibo De claris Oratoribus. *Cimborum* Philipp. ii. & apud Plutarchum in Bruto. *Montanorum* apud eundem Ciceronem lib. x. ad Atticum. *Ruforum* apud Hirutum lib. v. *Annalium* apud Valer. Maximum lib. ix. cap. ii. *Senecionum* apud Tacitum lib. xv. *Annal.* & lib. iii. Histor Flavianorum, ut edit Lipsius V. C. Nobilissima vero, *Ciceronum*, *Memoratur* & *M. Tullius Decula*, qui Consul fuit cum Cn. Cornelio Dolabella anno DCLXXII.

TURANNIA Sabinorum Patricia gens, Romam cum T. Tatio migravit, auctore Dionysio Halicarnassico.

NON. F. Nonae Fastus.

AGON. Agonalia. *Varro* lib. 5. *d. l. Lat.**Ouid. 1. Fas. Festus Pomp.*EN. Enterctus. *hoc est; inter-**cisus. Varro* lib. 5. *del. Lat.*

CAR. NP. Carmentalia. Ne-

fastus prima parte. *Varro*lib. 5. *del. Lat.*EID. NP. Idus. *ne fastus pri-**ma parte.*

DIES VITIOS. ex sc. Dies vi-

tiosus. ex Senatus consul.

FEBRVARIVS.

K. FEB. N. Kal. Febr. *Nefastus.*LUPER. *Lupercalia* *Varro* lib. 5.*Ouid. 2. Seruus* in 8. *Aenibi:**monstrat sub rupe Lupercol.**& ibidem, nudosq; Lupercos.*QUIR. *Quirinalia*. *Varro* lib. 5.*Ovid. 2. Fas.*FERAL. *Feria*. *Varro*. *Ovid.**2. Fas. Macrobius.*TER. *Criminalia*. *Varro* lib. 5.*Ovid. 2. Macrob.*REGIF. *Regifugium*. *Festus.**Ovid. 2. Fas.*EQ. *Equiria*. *Varro*, *Festus.**Ovid. Sunt & mele Martio.*

MARTIVS.

HOC DIE CÆSAR PONTIF.

hoc die Cesar. Pontif.

Max. factus est. *Ovid.*

Et Præfete fragmentum effigie-

sum hac inscriptione spectatur:

NON. N. CONCORDIA.

IN ARCE FERIA.

EX SC.

QVOD E-O DIE IMP

Cæsar Avg.

PONT. MAX. TRIB.

POTEST. XXI.

COS. XIII. AS. P. Q.

ROMANO.

PATER PATRIÆ

*APPELLATVS.*LIB. *Liberalia*. *Varro* 5. *Ovid.**3. Fas. Festus.*QUIN. *Quinquatrus*. *Varo* 5.*Ovid. 3. Festus.*TUBIL. *Tubilustriū*. *Varro* 5.*Ovid. Fest. & mense Aprili.*QR. C. F. *Quando Rex co-**mitavit fas. Varro* 5. *Fest.**Est & Aprili.*

APR I.

APRILIS.	
1	C.K. APR. P.
2	DC
3	EC
4	FC Ludi, matri. mag.
5	G. NON. Ludi.
6	HNP Ludi
7	AN Ludi
8	BN Ludi
9	CN Ludi
10	DN Ludi in circ.
11	EN
12	FN Ludi cereri.
13	GEID. NP. Ludi
14	HN Ludi
15	AFOR.D.NP. Lud.
16	BN Ludi
17	CN Ludi
18	DN Ludi
19	ECERN. Lu. in cir.
20	FN
21	GPAR. NP
22	HN
23	A. VIN. NP.
24	BC
25	C. ROB. NP
26	DF
27	EC
28	FNP Lud. flor.
29	GC Ludi
30	HC Ludi

MAIVS.	
1	A.K. MAI
2	B
3	C
4	DEN
5	EC
6	FC
7	GNON. N
8	HF
9	ALEM. N
10	BC
11	CLEM. N
12	DNP <small>Lud. mart. incirc.</small>
13	ELEM. N
14	FC
15	GEID. NP.
16	HF
17	AC
18	BC
19	CC
20	DC
21	EAGON. NP.
22	EN
23	GTVB. NP
24	HQ. REX. C.F.
25	AC <small>Forr. pub.</small>
26	BC
27	CC <small>Virtut. & hon.</small>
28	DC
29	EC
30	FC
31	GC

IVNIVS.	
1	H. K. IVNN.
2	AF
3	BC
4	CC
5	D. NON.
6	EN
7	FN <small>Lud. Fisc.</small>
8	GN <small>Menti incipit.</small>
9	HVESTN <small>Fer. vestite.</small>
10	AN
11	BMATRN. N.
12	CN
13	DEID. NP
14	EN
15	FQ. ST. D. F.
16	GC
17	HC
18	Minervz in avēt. summano ac cir. max.
19	BC
20	CC
21	DC
22	EC
23	FC
24	GC <small>Forr. for. & ad xiv.</small>
25	HC
26	AC
27	BC
28	CC
29	DC
30	EC

LUDI MATR. MAG.	Ludi Matris Magne, hoc est Megalosia Ovid. 4. Fast. Cicero, Livius, Festus.
LUDINCIR.	Ludi in circ., hoc est, Eudi circenses.
FORD.	Fordicidia. Varro 5. de L. Lat. Ovid. 4. Fast. Festus.
CER.	Cerealia Varro 5. Ovid. 4.
PAR.	Parilia, que & Palilia. Varro, Ovid. Festus.
VIN.	Vinalia. Varro, Ovid. Festus. Sunt & mensis Augusto.
ROB.	Robigalia. Varro Ovid. Plinius, Festus.
LUD. FLOR.	Ludi Florales. Varro Ovid. Plinius.
LEM.	Lemuria. Ovid. 5. Popllyon in Herastum.
LUD. MAR.	LUD. MAR. IN CIR. Ludi Martiales in circ. Sueton. in Claudio. Dio. lib. 56.
MENTI IN CAP.	Menti in capitolio, sacrificium fit. Livius, lib. 22. & 23.
VEST.	N. FER. Vestalia, nefastus, Feriae Vestae, Varro Ovid. Festus.
MART.	Martialis. Varro lib. 4. del. Lat. Ovid. 5. Fast. Festus.
Q. ST. D. F.	Quando stetit delatum, fas. Varro, Festus.
POPLIF.	Poplifugium. Varro 5. del. Lat. Plutarch. in Romulo Macrobi.



IVLIVS.	AVGVSTVS.	SEPTEMBER.
1 FK.IVL.N	1 EKAVG.	1 DK.SEPT.
2 GN	2 FN Hoc die Imp. Cæſ. His.citer. vicit. fer.	2 EN
3 HN	3 GC	3 FNP
4 ANP	4 HC	4 GC Ludi Romani.
5 BPOBLIF.N	5 ANON. F. Sal. in Quirin.	5 H. NON. F. Ludi.
6 CN Ludi Appolin.	6 BF	6 AF Ludi
7 DNON.N. Ludi	7 CC	7 BC Ludi
8 EN Ludi	8 DC	8 CC Ludi
9 FN Ludi		9 DC Ludi
10 GC Ludi	9 ENP Hoc die Cæſar. Hisp. civic.	10 EC Ludi
11 HC Ludi	10 FC	11 FC Ludi
12 ANP Ludi	11 GC	12 GN Ludi
13 BC Ludi incirc.	12 HC	13 HEID. NP
14 CC Merk	13 AEID. NP	14 AF Equor. prob.
15 DEID. NP Merk	14 BF	15 BN Ludi. Rom. in circ.
16 EF Merk	15 CC	16 CC Incirc.
17 FC Merk	16 DC	17 DC Incirc.
18 GC Merk	17 E.PORT. NP	18 EC Incirc.
19 HLVCA, NP Ludi.	18 FC	19 FC Incirc.
20 AC Ludi. viſt. Cæſar.	19 G.VIN.F.P.	20 GC Merk.
21 BLVCAR. Ludi & fer.	20 HC Ludi. Palatin	21 HC Merk.
22 CC Ludi	21 A.CONS. NP	22 AC Merk.
23 DNEPT. Ludi.&per.	22 BEN	23 BNP Merk. hd. Au-
24 EN Ludi	23 CVOLC. NP	24 CC
25 FFVRR, NP Ludi	24 DC Luna in Græco Stas.	25 DC
26 GC Ludi	25 E OPIC. NP	26 EC
27 HC Incirc.	26 FG	27 FC Ludi. vener. genett.
28 AC Incirc	27 G. VOLT. NP	28 GC
29 BC Incirc	28 H. dara viſtoriaꝝ	29 HF Epul. minervæ.
30 CC Incirc. fort. huiusq; dies	28 HNP incuria de di- gesta.	30 AC
31 DC	29 AF	
	30 BF	
	31 CC	

IVLIVS.
POLIT. Poplif. Addi. Cæſa-
ris NATAL.
LUD. APOLLIN. Ludi Apollin-
ates. *Livius lib. 27.*
MERK. Mercatus.
LUCAR. Lucaria, *Festus Ma-
crobius.*

LUDI VICT. cæſ. Ludi victo-
riae Cæſaris. *Sueton. in Au-
gusto.*

NEPT. Neptunalia. *Varro s.*
FURR. Furinalia, five Furina-
lia. *Varro Festus.*

AVGVSTVS.

HOC DIE. In fragmento alte-
rius Kalendarij est : *Feria,*
quod hoc die Imperator Cæſar
Hispaniam ceteriorem vicit :
qua etim hic scripta erant.
cum sit: CIR. VICT.

HOC DIE. Hoc die Cæſar His-
palim vicit. *Hirtius. Suet.*
Dion.

PORT. Portumnalia. *Varro s.*
VIN. F. P. Vinalia. Fastus pri-
ma parte.

CONS. Consulalia *Varro, Festus.*
Sunt & mense Decembri.
VOLC. Volcanalia. *Varro, Festus*
Columella.

OPIC. Opiconisiva. *Varro, Festus*
Macrobius.

VOLT. Volturnalia. *Varro, Festus*
Phlinius.

HOC DIE ARA. VICT. IN CU-
RIA DEDIC. EST. De hac ara
victoriae dedicata, *Dio lib.*
51. *Herod. 7.*

SEPTEMBER.

LUDI ROMANI. De his *Livius*
lib. 1.

EQUOR. PROB. Equorum pro-
batio. Meminit huius diei
Valerius Max. lib. II. c. ix.
Est & mense Octob.

AUGUSTI NATA. Augusti na-
talis *Dio lib. 54. Suet. Aug. c. 5.*



OCTOE.	NOVEMB.	DECEMB.
1 B.K.OCT.N.	1 AK.NOV.	1 GK.DEC
2 CF	2 BF	2 H
3 DC	3 CF	3 A
4 EC.	4 D**	4 B
5 FC	5 ENON.F	5 C.NON.E.
6 GC	6 FF.Ludi	6 D
7 H.NON.FL.	7 GC.Ludi	7 EC
8 AF	8 HC.Ludi	8 FC
9 BC	9 AC.Ludi	9 GC
10 CC	10 BC.Ludi	10 HC
11 DMEDITR.	11 CC.Ludi	11 AAGON.NP
12 E.AVGST.NP	12 DC.Ludi	12 BEN
13 F.FONT.NP	13 EEID.NP Epul. in- dict.	13 CEID.NP
14 GEN.	14 FF.Equor.prob.	14 DF
15 HEID.NP	15 GC.Lud.pleb.incid.	15 ECONS.NP
16 AF	16 HC.Incid.	16 FC
17 BC	17 AC.Incid.	17 GSAT. Feria Saturn.
18 CC	18 BC.Merk	18 HC
19 DARM.NP	19 CC.Merk	19 A.OPAL.NP
20 EC	20 DC.Merk	20 BC
21 FC		21 C.DIV.NP
22 GC	21 EC	22 DC
23 HC	22 FC	23 ELAR.NP
24 AC	23 GC	24 FC
25 BC	24 HC	25 GC
26 CC.Lud.vict.	25 AC	26 HC
27 DC.Ludi	26 BC	27 AC
28 EC.Ludi	27 CC	28 BC
29 FC.Ludi	28 DC	29 CF
30 GC.Ludi	29 EC	30 DF
31 HC.Ludi	30 FC	31 EC

OCTOBER.

MIDITR. Meditrinalia. Varro s. del. Lat. Feſtus
 AUGUST. Auguftalia. dies re-
 ditus Augusti. Dio, lib. 56.
 & 58.
 FONT. Fontinalia. Varro s. Feſ-
 tis
 ARM. Armilustrium. Varro
 l.s. Feſtus.
 LUDI VICT. Ludi victoriae.
 hi aſyla fuerunt instituti
 bello civili. Aſconius, Verr. 2.
 Valer. Max. lib. 2.

NOVEMBER.

EPUL. INDICT. Epulum indi-
 citum de Epulo locum in Ca-
 pitol. Livius lib. 5. Lampr-
 dius in Alex.
 LUDI PLEB. IN CIR. Lu-
 di plebeji in circo. Aſconius
 Verrin. 2.

DECEMBER.

SAT. FE. Saturnalia. Feria Sa-
 turno. Varro, Feſtus, Macro-
 bius.
 OPAL. Opalia. Varro s. Feſ-
 tis.
 DIV. Divalia. Diva Angero-
 niae festa. Feſtus, Macrobius.
 LAR. Larcentinalia. Varro, Feſ-
 tis, Plutarchus.



PAVLLI MANVTII, ALDIF.

DE VETERVM DIERVM RATIONE.

SI Duo in genera dierum distribui *Annum* oporteat, multifariam recte dividetur, ut sic; *Annus* constat ex Diebus vel *Fasti*, vel *Nefasti*; aut sic; ex Diebus vel *Festis*, vel *Profestis*; aut sic; ex Diebus vel *Senatoriali*, vel non *Senatoriali*: aut sic; ex Diebus vel *Comititalibus*, vel non *Comititalibus*. Harum enim quattuor divisionum, si separatis singulis considerentur, totum *Annum* quilibet complectitur. Nos autem, cum de Diebus ea quae fecit digna censuimus, quæque ad Romanæ Historiæ notitiam valde pertinent, breviter ostendere instituerimus; ex his divisionibus itemur ea in qua quæ major pars est (duas n. partes habens singularia), cum ea parte, que in aliis divisionibus item maior est, copiata, uberior aliquomodo esse cognoscitur. Incipiemus igitur a non-minib; in prima divisione, *Fasti*, & *Nefasti*; quando quidem *Fasti*, que duum primæ divisionis partium plenior est, plures in *Annis* sunt, quam quæcumque pars in tribus reliquis divisionibus latius patet: hoc est, quam vel *Profestis*, vel non *Senatoriali*, vel non *Comititali*. Quod si quis opponat, in Kalendario plures noratos esse dies littera C, quam littera F, unde plures significantur *Dies Comitiales*, quam *Fasti* itaque non recte me à *Fasti*, ut à pleniore parte, exorditi sciat, non à me *Festos* modo vocari quo notatos littera F videmus, sed omnes plane quibus fari etia verba, *Do*, *Dico*, *Prætorilicebat*; quorum è numero *Comitiales* erant & ii quos in Kalendario hæ litteræ demonstrantur E.N. NP. Q. R.I.X. C. Q. S. T.D. F.P. quibus omnibus cum fari licet; etiam si non id semper fuerit; qua de causa nonnotati sunt alii litteris potius, quam F; ut indicetur, præter *Fari* aliquid etiam fieri licuisse; non absurdi mihi facere videor, si ad *Fastos*, littera F noratos, qui quidem vere *Fasti* dici possunt, quod iis aliud prosum nihil sicut; quo *Prætor* a iure dicendo impeditur, eos quoque dictis aggre, quibus *Fari* semper quidem licebat, non tamen, quod licet, fieri semper solebat; ut omnino tria essent *gæra*, quibus de singulis ageretur suo loco. Primum *Fasti* iis, quibus fari semper & licet, & solebant, qui notantur littera F, suntque omnes xxxix. Hi & proprie erant *Fasti*, & toti; proprie, quod per eos nisi cum aliquis casus extra ordinem interveniret, numquam *Prætorius* non dicebat; Toti, quod *Fari* horis omnibus licet. Alterum genus fuit; *Fasti* iis, qui & ipsi proprii *Fasti* erant, sed non toti; quod iis quidem omnibus fari, non tamen horis omnibus, licet. Erant autem hi, EN. NP. F.P. EN. Q. R. EX. C. Q. S. T. D. quas literas infra explanabimus, atque hic ranciones LXXV. Tertium genus *Comitiales* fuit, casu *Fasti*, non proprie, quia, cum *Comitia* non haberentur; tunc fari solum *Prætor* solebat: hi modo toti erant *Fasti*, cum nulla scilicet *Comitia* haberentur; modo ex parte, cum haberetur illa quidem, sed minime per totum diem. Hi clXXXI v. erant. Nos igitur *Festos* omnes vocamus; quibuscumque *Fari* licet, sive *Fasti* propriæ, sive non proprie, essent itaque, ab his profectis, paullatim progediendum dividendo, ut, qui nobis proppositus est huius narrationis finis, eo perveniamus. Omnes dies aut *Fasti* sunt, aut *Nefasti*: & *Fasti*, partim *Festis*, partim *Profestis*; *Festos* plerosque pars *Fastos*, partim *Nefastos* fuiles; ut *Quirinalia* *Upercalia*, *Terminalia*, ex Kalendario cognoscitur. *Festis* enim *Festis* diebus adscriptum est NP. ii sunt *Nefasti* simul, & *Fasti*; *Nefasti*, priore parte; *Fasti*, posteriore. Dies *Ferialia* ad scriptam haber F, qui festus propriæ non fuit, sed gestandæ ad mortuos cena dicatus dies, quod quia non hora statuta siebat, sed ut cuique commodum erat; id est totus dies portuit esse *Fastus* propterea, ut opinor, littera F notabatur. *Festis* porro diebus, non dubito, qui omnibus haberi *Senatum* licuerit, cuius rei exempla sunt in Antiquorum libris admodum multa: quamquam sollempne hoc non erat ut semper diebus *Festis* *Senatus* haberebatur; sed legitimum ut haberi posset, sollempne autem illud, ac statum, ex more maiorum, ut *Kalandis*, *Nonis*, *Idibus*, habetur. Itaque in Kalendario neque *Kalandis*, neque *Nonis*, neque *Idibus* littera C, quæ *Comitiales* dies significabat, per quos haberi *Senatus* non poterat, neque diebus omnino ullis *Festis* adhæret. *Profestis* dies aut *Fasti* erant, aut *Nefasti*; & omnibus *Profestis* *Nefasti* haberi *Senatum* licet; *Profestis* autem *Fastis* non plane omnibus; sed iis tantum qui *Comitiales* non essent, quibus autem *Profestis* haberi *Senatus* poterat, iis omnino agi cum *Populo* non poterat, contra, quibus *Profestis* haberi *Senatum* non licet, iis agi quidem cum *Populo* licet, nec tamen semper gebatur: cum ea res ex eorum voluntate penderet, penes quos *Populi* cogendi poterat, non enim, quod licet, id etiam necesse est. Quod autem dixi, *Comititalibus* haberi *Senatum* non licuisse, declarauit illa verba in epistola Ciceronis ad fratrem, quæ tercia est, lib. ii. Confecuti sunt dies *Comitiales*, per quos *Senatus* haberi non poserat. & illa in S. C. quod *Cælius* ad Ciceronem misit, Ep. fam. lib. ix. Utique eius rei causa per dies *Comitiales* *Senatum* haberent, S. Q. C. facerent. Quibus verbis, quod extra ordinem à *Senatu* co S. C. decretum est, id omnino fieri solitus non est, dilucide constat. Ita *Senatus* *Fasti* quibusdam haberi poterat, quibusdam non poterat: si quidem *Comitiales* inter *Fastos* iam reculimus. *Nefasti* autem haberi omnibus potuisse, iam diximus. Sane qui me torqueat nodus est, mihi quidem perdifficilis, in epistola ad Atticum lib. i. in qua cum dixisset, Nam cum dies venisset rogationi ex S. C. ferenda; paucis post versibus subiunxit, *Senatus* vocatus, quod certe mos maiorum minus ferre videbatur, nam si rogationi ferendæ dies est, certe *Comitialis* est: quod si *Comitialis* haberi *Senatum* non licet: cuius rei testimonio sunt ea quæ paullo ante recitavimus, & ex epistola ad fratrem verba Ciceronis, & eis C. nisi si factum id extra ordinem dicamus; ut *Pisonis* Consulis iniquissimis conatibus obviandum ieretur: qui cum esset lator rogationis & eius rogationis quam



quam ex S.C. & de religione ferebat; idem tamen erat dissenser. *Comitium* magnus erat numerus: eosque fuisse dies Fastos, quod supra dixi, ita existimo, ut mihi videar affirmare posse. non enim inani quadam conjectura, sed certa in primis, ut puto, ratione commoveor. nam in *Orationibus Ciceronis in Pisone*, de Provinciis Consularibus & pro Sextio, mentionem video fieri ea de lege qua P. Clodius Tribunus pl. sancxit, ut omnibus diebus Fasces agi cum Populo licet. Quo sit apertum, Fastos quibusdam non id licuisse, quod ut omnibus licet, lege Clodia sancitum est: quam tamen legem non fuisse observatam, demonstratum est à nobis in libro *De legibus Romanis*. Nec vero mirari satis possum: cum Fastos aliquot fuisse Comitiales pareat, qui venerit in mentem Macrobius Fastis, dicere, *Lege agi licuisse, cum Populo non licuisse*; *Comitialibus autem utrumque licuisse*: quorum alterum vere dictum constat, Comitiales inquam, & legi agi, & cum Populo licuisse: quia scilicet Comitiales erant de numero Fastorum: itaque & illud, omni fastorum commune habebant, ut lege agi possent; & hoc præter ea proprium, ut etiam cum Populo posset: Alterum autem de *Fastis* diebus quibus ait *lege agi licuisse, cum populo non licuisse*, in prima parte verum esse video; in secunda qui possit non esse fallum, haud facile reperio. qui enim Fastis agi cum populo non licet, cum Comitiales omnes fasti sint, & Comitiales agi licuisse cum populo, iam offenderim? Dixi et hoc modo: Fastis omnibus lege agi licet, cum populo non omnibus licet, nihil erat, quod reprehenderes: siquidem, quod docuimus, quibusdam Fastis agi cum populo poterat, quibusdam non poterat. Quibus poterat, eos si quis Fastos, aut Fastos, Comitiales diceret, non erraret; cum dies fuerit nullus Comitiales, quin idem & Fastos: sed Comitiales potius, quam Fasti, ut a reliquis Fastis proprio nomine distinguerentur; & Comitiales item potius, quam *Fasti Comitiales*, brevitatis causa, vocabantur. Verum quia liberatur, quantum in me est, Antiquitatem soleo rueri: Macrobium, à quo multa didici, quasi gratia referendæ loco, ita conor excusare: ut cum *Fastos* nominavit, de iis tantum intellexerit, qui fasti vulgo dicebantur, non etiam de iis, qui eti Fasti ipsi quoque erant, Comitiales tamen appellabantur. Spectavit igitur non verbi vim, qua dies omnes, quibus Praetor tria verba fieri posset, sive Comitiales essent, sive non, complectitur; sed consuetudinem loquendi, quod *Fastos* nominabat eos, quibus tantum lege agi posset; cum eos quibus cum populo posset, Comitiales præcipuo vocabulo malleant appellare. Quæritur hic fortasse, cum Comitiales omnes essent Fasti; iisque & cum populo, & lege agi posset; cum populo, quia Comitiales lege, quia *Fasti*; fieret ne simil utrumque. Negatur: nam, eti licebat utrumque codem die, non tamen utrumque poterat eodem tempore. Cum enim Populus in Forum conveniret, quid iudicibus, aut litigantibus loci relinquerebatur portio, si vacaret locus, qui tamen posset Praetor, aut Iudices, in tanto strepitu, quantus coacte in unum locum multitudinis soleret esse, eorum, qui causas agerent, orationes atrectis auribus, animisq; ut par est, exciperet; sedata mente diligenter aliquid confidantibus opus est itaq; absurum est, credere, potuisse codem tempore & cum populo agi, & iudicis operam dari: sicuti Fastis iis, qui Comitiales non erant, codem quidem die, non tamen eodem tempore, & legie actum, & Senatus esse habitum inuenio; sic, ut lege ageretur primum, deinde Senatus haberetur: quod cum ex aliis locis, tum ex *III.* & *XII.* epistola librii, ad Quintum fratrem intelligitur. Ergo, cum omnes Comitiales essent Fasti, non quia semper lege ageretur; sed quia semper licet, si modo cum populo non ageretur; nec enim utrumque simul fieri, iam diximus, ita concidemus: Fastos, littera F in Kalendario notatos, iurisdictionem omnes habuisse; Fastos, littera C notatis, & ius dici & agi cum populo codem die, non eodem tamen tempore, potuisse: ideoque Fastos eos quoque fuisse dico, non ex eo, quod fieret, sed ex eo quod licet. Hac de fastis: super sunt *Nefasti*. His omni non neque lege agi, neque cum Populo licebat. Cum enim opponantur Fastos, quorum est numero sunt Comitiales; eo iure, quod omnes Fasti, sive Comitiales, sive non Comitiales, habent, profus careant necesse est: Festus etiam sic: *Die nefasto apud Praetorem legere, religiosum erat. Causas tamen agi, & Concionem haberi, & Legi promulgari, licebat. nam neque Causas agi, est Legi agi: neque Concionem haberi; aut Legem promulgari, est cum Populo agi*, quæ probare singula magni negotii non est. Agitur lege, cum Praetor tria verba faciat, *Do, Dico, Addico*; qui est ultimus iudicis dies: cum vero caussa audiendis Praetor operam dat, Lege tunc non agitur. Quare Fastos esse necesse non est omnes dies quibus aut pro reo, aut contra reum dicuntur: sed Fastum cum quidem esse necesse est, quo Praetor, aut quicunque praefectus, cum consilio Iudicium sententiarum ferre debet. Itaq; in epistola *III.* librii, ad Quintum fratrem, *Ad III. Idus, inquit, dixi pro Bestia, de Ambitu, apud Praetorem Cn. Domitium*. Quien tamen die (est autem *III. Idus Februario*) Fastum non fuisse, Kalendarium indicat; notatur enim, ut Nefastus, littera N, nec omnino de octo diebus quia ab Idibus appellantur, mense Februario Fastus nullus fuit, ultimo tantum die, hoc est Idibus iphis, excepto; qui Nefastus priore, Fastus posterior parte fuit: notatur enim sic, *NP. conciones licet ad Populum haberentur, non tamen Comitiales tantum die, sed & Fasto, qui Comitiales non esset, & Nefasto pariter haberi poterant nolo enim quemquam in eo falli, quia fortasse, Agi ad Populum, & Agi cum Populo*, idem esse videatur: quæ diversa sunt. nam *Agiebatur ad Populum*, cum ad Populum concessionem aliquis habebat, ut Gellius docet lib. *XXXI. c. v.* *Agiebatur autem cum Populo*, ut ait Festus, cum Magistratus ad consilium aut Comitia vocabat, quod fieri Comitiales dumtaxat die licebat. Concionari autem omnibus que diebus licuisse, exempla demonstrabant. Itaque quories aliquod S. C. erat factum, dimissio Senatus, & S. C. ad Populum recitato, magistratus aliquis, aut etiam privatus Senator, concione ei à magistrato data, ad Populum verba faciebat; nec tamen erat dies Comitialis: nam Comitiales fieri S. C. aut omnino Senatum haberi non potuisse, demonstratum est: & Festus hæc aperte distinguere, cum ait: *Forum est, in quo indicia fieri, cum Populo agi. Conciones haberi soleant. Quo die igitur Agi cum Populo, codem Agi apud Populum licebat: Quo aurem Agi apud Popu-*

Iam, eodem Agi cum Populo, non semper licebat. Exempla sibi quisque notet in legendis; quod facillimum est: sunt enim infinita. Itaque puto me facere non inepte, quod iis recitandis, quae passim existant, conterendum mihi tempus esse non existimet. Illud addendum unum viderit: Cum advocabatur Concio, ut Populus aliquid suffragi, rogante Magistratu, scriferet; tunc actum esse cum Populo, non ad Populum: cum vero Magistratus, aut etiam privatus aliquis, Magistratu ei concessionem dante, ad Populum verba faciebat, non ut suffragia deinde ferirentur, sed ut aliquid exponeretur; tunc non cum Populo, sed ad Populum actum esset. Aliud est igitur, Habet concessionem: aliud Advocare concessionem, Habet concessionem, est agere ad populum: Advocare concessionem, si advocatur ut suffragia ferantur, est Agere cum populo, ideo scripta sunt haec apud Macrobius lib. I. Sat. Iulius Caesar Aufidiorum lib. XVI. negat, Nundinis Concionem advocari posse, id est, Cum populo agi, ideoque Nundinis Romanorum haberi Comitia non posse. Addita enim sunt illa verba, id est, Cum populo agi, quia non semper, Concionem advoca, cum Populo agebatur, sed interdum ad populum dumtaxat. Nundinis autem, cum Populo quidem agere non licuit, ex quo lequebatur, ut Comitia haberi non possent: ad Populum autem agere, hoc est concessionem habere, certe licuit: non enim ad versatur illud quod à Cicerone scriptum est, lib. IV. ad Atticum: Ante diem x. Kal. Nundine: Concio bido nulla. Quibus verbis, id quod factum non est, non id quod non licuit, ostenditur. Nam, cum haberi Nundinis Comitia non possent (quod non ex Macrobo tantum,) verum etiam ex Plinio lib. XIX. cap. III. cognoscitur) propterea ne concessionem quidem P. Clodius, Appius Metellus putaverunt: qui proximis diebus. Comitorum causa, Conciones habuerant. Superest de legi promulganda. Id enim de tribus, quae propinquimus, erat tertium. Ferenda legis, & Promulganda non eadem ratio fuit. Ferebatur die tantum Comitiales; Promulgabatur ceterum non comitiales, five Fasti, five Nefasti esset. Itaque C. Cato Tribunus pl. iugatione abrogando Lentulo imperio, die non Comitiales, promulgavit. Cum enim & post IV. Nonas Februarii, & ante IX. Idus eiusdem mensis promulgaverit (quod ex epistola III. libri II. ad fratrem colligitur) Comitiales die promulgare non potuit, ac ne Fasto quidem Primi enim duodecimi Februarii dies Nefasti omnes fuerunt. Haberant autem Senatum per Nefastos omnes, licebat: nec per omnes tamen, sed tantum, cum res postularet, habebatur, eorum Magistratum, quibus id iuris erat, arbitratu. Ita Senatus in hoc praestet Popule videbatur, quod agi cum populo per unum modo dierum genus, hoc est, per Comitiales, que Fastorum pars erat: haberi autem Senatum per duo genera, hoc est, & per Fastos eos, qui Comitiales non essent, & per Nefastos omnes, licebat. Erant præterea Dies aliquo promiscui; quibus totis die agi, neque omnino licebat, neque omnino non licebat; sed partim Fasti erant, partim Nefasti, horum tria erant genera: alii, prima & postrema diei pars, Nefasti, media Fasti; qui dicebantur Intercisi; & in Kalendario his duabus litteris notabantur, EN: quo est Endotercisi, pro Intercisi. Veteres enim Endo, pro IN, usurpabant, itaque dixit Ciceron lib. II. de legibus: Quos endo calum merita vocaverint. Et Fastus notat, Endotrium, pro initium. Varro autem lib. III. de re Rust. Endo, nam de pro domum. Alii priore parte Nefasti, posteriore Fasti: qui notabantur ipsi quoque duabus litteris, NP, sed coniunctis, hoc modo NP: quod valeret, Nefastus primo, cuiusmodi fuisse dies fere omnes Festos. Inspecto in Kalendario, cognoscitur. Nonnulli, priori parte Fasti, posteriore Nefasti: qui notabantur, F. P. quod, Fastus primo, significat: quo ex genere videmus in Kalendario Vinalia fuisse. Dies eos, qui priore parte aut Fasti erant, aut Nefasti, de Veteribus, quod meminerim, nemo nominat, de Fastis autem media diei pars, hoc est de Intercisis, Varro scilicet. v. de lingua Lat. Intercisi dies sunt, per quos mane & vesperi est, Nefas, medio tempore, inter hostiam casam, & exta porrecta, fas: a quo, quod fastum interdict, Intercisi dies; aut quod Intercisi nefas. Pater iam, his litteris, que sunt in Kalendario, F. N. C. F. P. NP. EN, sex dierum genera significari, Fastos, Nefastos, Comitiales, Fastos primo, Nefastos primo, Intercisi. Quod si cui veniat in mentem, hac deuriū literarum connexione N non significari, quod nos diximus, Nefastus primo, sed potius, Nefas Prætori: huius opinionem argumentum primo est conjectura, vel ex ipsa potius, ut ego sentio, ratione duictum, deinde etiam historiq. veteris confirmat aut etiatis Argumentum est hoc: Nemo, cui pauciora sufficiunt, pluribus uitetur: quid opus erat, ut ii dies quibus adscriptum videmus N, Nefasti est indicareantur, duas potius litteras, quam unam, apponere? Cur NP, inquam, non N: præsertim cum Nefasti dies omnes hac una littera N notentur: sicuti & Fasti, eorum quasi adversarii, una littera & demonstrantur. Age, dicta aliquis, leve hoc est, planeque nugatorum argumentum, quod sane mihi viderit. Contra, quid Ciceroni respondebitur? mendacine & falsitatem, quasi testem corruptum, aut incipientem, arguemus? non ita, ut opinor, quisquam despici. Sunt igitur haec in Epistola, Risi, Ciceronis verba, lib. II. ad Q. fratrem: Cognosce num Idus. Decimus erat Cælio dies. Dominus ad numerum iudicis non habuit. Quibus verbis cum Idus Februarii, de quibus Cicero loquitur, Fastum ex parte diem fuisse satis constet, quandoquidem eo die Prætor Domitius, ut de reo cognosceret, sententiā que ferret, in forum descendit: sequitur, ut N, quod Idibus omnium mensum, exceptis Iunii, in Kalendario adscriptum videmus, Nefastus dies omnino significari non posset. Eodem in libro altera est Epistola, que sic incipit, Sextius noster absolutus est ad II. Idus Mart. qui dies, si co die Sextius absolutus est, certe Nefastus plane non fuit. Fuit autem cum ei sit adiunctum, priore quidem parte Nefastus, posteriore autem Fastus: sic ut & Idus Februarii, de quibus proxime diximus; & omnes dies quibus in Kalendario NP. appositum animadvertisimus. Aggrediamur nunc quando & de diuin ratione, & de litteris, eos significantibus, fasis multa, atque etiam, ut arbitramur, fasis vera dicta; alias, que in Kalendario sunt, litteras; aut concisas, eoque obscuriores dictiones interpretari: ut quos Antiquitas capit, corum commoda pro nostra virili parte consulamus.

KALEN-

KALENDARII ROMANI EXPLANATIO.

F. Fastus dies.
C. Comitialis.
N. Nefastus.

NON. None.

AGON. Agonalia Ovidius.

EN. Endotercisus; pro, Intercisus.

CAR. Carminalia: quod sacrum, & feria Carmentis. Varro.

EID. Idus.

IANUARIUS.

LUPER. Lupercalia: quod in Lupercali Luperci sacra faciunt. Varro.

QUIR. Quirinalia, à Quirino; quod huic Deo feriae, ad Q. fratrem. lib. 2.

FERAL. Feralia, ab inferis, & Ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulchrum, quibus ius ibi parentare.

TER. Terminalia: quod is dies anni extremus constitutus. duodecimus enim mensis fuit Februario.

REGIF. Regifugium. Ovidius. quamquam est inter Ovidium, & Kalendarium, de Die Regifugij controversia. Ille enim assignat ei Februario diem xxiiij. in Kalendario autem video ad xxiv. esse appositum, nec fane, si modo Regifugij dies n. fuit, videatur esse potuisse die xxii. hoc est Terminalibus; qui NP. dies fuit, a loqui dies idem & NP. & n. fuisse.

EQ. Equiria, Varro, Festus, Ovidius.

FEBRUARIUS.

LIB. Liberalia. Varro.

QUIN. Quinquatrus. Varro.

TUBIL. Tubilustrum quod eo die in Atrio sutorio Sactorum Tuba lustrantur, Varro lib. v. Ovidius lib. 3. Fast. & Festus.

Q. REX. C. F. Quando Rex Comitiavit, fas. Varro Festus

MARTIUS.

CIRC. Circenses.

FORD. Fordicidia: à Fordis bubus. Bos forda, quæ fert. in ventre, quod ea die publice immolantur boves prægnantes in Curiis, complures à Fordis cædendis Fordicidia dicta. Varro libro v. Ovid. lib. 4. Cer. Cerelia. Varro.

PAR. Parilia à pariendo, ut ait Victorinus Afer. Alij, Palilia, à Pale, quod eo die Feriae ei deæ fiunt. Varro. v. Ovid. lib. xv. Faf. Festus in verbo, Pales, & Parilibus, Tibull. Eleg. 6. lib. 2, Propertius in IV.

VIN. Vinalia: à Vino Varro.

ROB. Robigalia: dicta ab Robigo; secundum segetes. Varro.

FLOR. Floralia. Ovidius, Plinius.

APRILIS.

COMP. Compitalia.

LEM. Lemuria. Varro, Ovidius.

LUD. MART. IN CIRC. Ludi Marti in circu. Ovid.

Q. REX. C. F. Quando Rex comitiavit, fas.

MAYUS.

MART. CAR. MONET. Marti, Carnæ Deæ, Monetæ Iunoni. Macrobius Ovidius.

IN CAPIT. In Capitolio.

VEST. NE. PR. Vestæ, Nefas Prætori.

MAT. Matri Matutæ, Ovidius.

Q. S. T. D. F. Quando stercus defertur. Varro, Festus, Ovidius.

JUNIUS.

POPLIF. Poplifugium, pro. Populifudium.

APOLLIN. Apollinares.

MERK. Mercurius.

VICT. CÆSAR. Victoria Cæsaris.

NEPT. Neptunalia.

FUR. Furinalia.

JULIUS.

FER. Feralia.

HISP. VIC. Hispaniam vicit,

PORT. Portugalia.

AUGUSTUS.

VIN. F. P. Vinalia. Fas Prætori. *Varro, Plinius.*
 CONS. Consualia. *Plutarchus*
 VOLC. Volcanalia. *Varro.*
 OPIC. Opiconsiva. *Varro.*
 VOLT. Volturnalia. *Varro.*
 H. D. ARA. VICTORIÆ. IN. CURIA. DEDIC. EST. Hoc die Ara Victoria in curia dedicata est.

SEPTEMBER.

FER. NEP. Feria Neptuno.
 F. EQUOR. PROB. Feria Equorum probandorum. *Valerius Max. lib. 18.*
 LUD. CIRC. Ludi Circenses in Augusti die natali. *Suetonius, Dio.*

OCTOBER.

MEDITR. Meditrinalia, à Meditrina Dea. *Varro*
 AUGUST. Auguftalia.
 FONT. Fontinalia. *Varro.*
 ARM. Armilustrum. *Varro.*

NOVEMBER.

EPUL. INDICT. Epulum indictum.
 LUD. PLEB. IN. CIRC. Ludi plebejij, in Circo. *Suetonius.*

DECEMBER.

AGON. Agonalia.
 SAT. Saturnalia. *Macrobius.*
 OPAL. Opalia. *Varro, Macrobius.*
 DIV. Divalia. Diwæ Angeronæ dies festus. Is dies à *Varrone* lib. v. de ling. Lar. appellatur Angeronalia, ab Angerona, cui sacrificium fit iu curia. *Macrobius, Saturn. l. xii. Kal. Ian.* feria sunt diwæ Angeronæ, cui Pontifices in facculo Voluppi sacrum faciunt.
 LAR. Larentinalia. *Varro Ovidius, Plutarchus.*

MENS IUM ROMANORUM

ET

ATTICORUM RATIO

AVCTORE SCHOTTO S. I.

ANNUM Mensibus xii. omnes distinxere. Menses vero xxx. aut amplius diebus. Dies vero horis secuntur. & noctes. Sic tempora dividuntur, continentque ac vicissim transiuntur decurrentesq; fluunt. Nostri id ænigmate decantato, sive Cleobuli Lindij, sive, ut Suidas tradit, eius filia Cleobulinæ, cuius initium est:

Εἰς ὁ παντὶς πάντες ἡ διώδευση, τοῦτο ἐκάστη
 Παῦρὸς τριήμερον.

Annum faciens unicum patrem duodecim filiorum, quibus singulis triginta numero filiæ fuerunt, partim candidæ, partim fusæ & atræ: omnes quidem immortales, & tamen morientes: significans Annifilios esse menses: eorumque filias dies noctesque, vel dies tum serenos, & nubilos, tum prosperos adversosque, præterentes quidem, semper tamen recurrentes.

Romanorum autem mensum ordo notus, à Ianuario hodieque ducto in initio Attici à Iunio mense, quo Solsticium est æstivum, auspicabantur annum: sic per quadrantes tempora dividendo, menses degrebant, ut La terculo mensum Atticorum per iv. anni tempora editio, lib. De temporum emendatione Scaliger docuit. Male enim menses autunnales & hibernos Gaza digesti, ut hic ostendam.

MENSES

MENSES Iof. Scali- gero.	Æstivi.	Junius Iulius Augustus	Atticis	Ιουνίου βεαρίου Hecatombis sacrificiis	
				Μεταγιττίνων à Metagittiniis Apollinis sacris	
				Βοηθοπάνω à Bedromiis sacris	
Autumnales.	September October November	Atticis	Παναχίδας Μαιμακτερέων Ποτειδεών	qui Gaza sunt	October September December
Hiemales	December Januarius Februario	Atticis	Γερανίων Αγριστερών ειλαφοβούλων	at Gaza sunt	Januarius November December
Verni.	Martius Aprilis Maius.	Atticis	Μυνυζίων à Myunychiis Dianaë sacriss Θεργυλίων à Thargelius festis Συκιόφεστών à sacris umbraculis.		

DE MENSIBVS ROMANIS ET ATTICIS.

ITEMQ. ÄGYPTII.

Ac denique Belgicis nominibus.

Romanī primum à Martio mense annum inchoabant, hoc est à verbo Äquinoctio; post additis duobus mensibus, à Januario ductum initium. Athenienses à Junio mense anni ducebant principium, quo astrium est solsticium. Alij aliunde inchoauant annum: nos hic Romanū sequemur ordinem mensium.

1. IANUARIVS

Atticis Γερανίων, ut Gaza putat, qui December est Iof. Scaligero.

Gamelion Suidas interpretatur, eumque secutus Theodorus Gaza, οὐτε τὸ γένος, quæ vox nuptias, quæ Iuno-ni sacræ, significat, ut & mensis sibi Iunio & Iano consecrabatur. Hinc tot illius Dea cognomina, quæ Lilius Girallus collegit. Inter alia Ταυρίδα dicta est à nuptiis: Latinis vero Iuno pronuba, cui vincula ingalia cura ēt. Cecrops Athenis docuit præfēte Iunarem hunc mensi, eoq; coli nomine, & hoc mense eidē sacrificari, ut Eustathius in ē. Iliad. & ex eodem Varinus Camers, aliquip. Ägyptiis r̄t, ut arat Theoa in Arati Phœnomena. Belgis. Lou-maenit.

2. FEBRVARIVS

Ελαφοβούλων

Elaphobolia sacra in honorem Dianaë venaticis peragi solita hoc mense, sed quo die, incertum. Ελαφοβούλων pro venatore. Homerus dixit Iliad. 18. ab istu cerui. Plutarchus vix horum duorum meminit menium, sed colligit plura Gaza hic à Thucydide, Aristotele, ac Theophrasto. Ägyptiis dictus hic mensis μεγίς, Belgis Sproctil; Germanis Hornung, ut fere Græcis, à cornuum mutatione.

3. MARTIVS.

Μυνυζίων

Munychia Athenarum pars est maritima, ab Historico celebrata, & Strabone lib. 9. qui & Diana meminit Munychie, quæ in urbe Ionia Pygela, non procul Epheso, coleretur. Vide in Atticis Paſaniam, & in Diana cognominibus Giraldum, itemque Commentarium de Anno & mensibus eiusdem. Th. Gaza Martium esse demonstravit, equinoctij ratione. Phavorinus quoque Camers ex Harpocratione decimum fuisse Atheniensibus mensem docet Munychium, nimis à Junio mense numeroando, à quo annum inchoasse Atticos iam diximus ē Gaza, & antea ē Suida, in quo tamen male δένεται pro Δένεται, librariorū vitio, editur. Ägyptiis φαννών, Hebraicis Abib. ȝ Nisan Chaldaicis, Belgis inē Wēret, Gallis Mars.

4. APRILIS,

Θεργυλίων

Sacer hic Apollini & Dianaë mensis fuit, quod eodem ē Latona nat, Athenæque eodem lustrari solit, & Thargelia celebrata, frugumque primaria oblatæ, utpote Sole calcæfactæ atque ē terra productæ. Ipsi enim celefacio, γῆterram designat. Olla θεργυλος dista: sicut Socrate Laertiis, Suidas, Hesychius, Various, & alij Plutarchus in Camilli vita, de Nefastiis differens diebus, Troiam captam ait die vigesimoquarto Thargelonis, ex auctoribus Ephoro, Callisthene, Damaste, & Phylacho. Lege & Dionysium Halicarnassensem lib. 1. Antiquitatum Rom. qui locus doctos viros ad hanc diem valde exercuit. Torsus & Gazam, quasi Ephorum fecutus sit Dionyfius, erraverintque cum tribus illistestibus; sed ruetur hoc loco Xylander in extremo Plutarchi Vitruvii, quas Latine reddidit. Vide Ägyptiis Portum ad pag. 28. Dionysij Halic. à se Latine facti, ubi Sylburius quoque cum Xylander ēndēξει legit, pro ἴδεται. Locum otiosus expedere. Ab Ägyptiis dictus hic mensis φερεται, Hebraicis Zio vel Ziff. Belgis, ut Latine, den April. Gallis Auril.

5. MAIUS.

Στις Ιανουάριος.

Σπιρίφοσιόν, quasi à σπιρίφοσιόν, id est, *umbraculum*. Hoc enim, quia solēmni pompa ex arce in sacrificiis defebatur, mensis nomen inventi, signumque aedificia dabatur. Vide Atticopanis Scholia initio ιανουαρίου, & illius verbis Suidas, & Giraldum de Anno & mensibus Commentatio. Plut. in Ageſilaō, fœdū istum aīr cum Spartanis, exclusis Boeotis, xiv. die Scirrophorionis. Cladem vero ad Leuctras, quinto die Hecatombaōnis accepisse Spartanos, idem refert. Ναζωρ̄ dictus Ἀgyptiis, Hebr. siwan, Sabba Iosepho, Belgis, den Man. Gallis le May.

6. IUNIUS.

Ιανουάριον.

Primus hic Atticorum mensium, ut diximus, fuit, in quem solstitium incidat aestivum. Plut. in Thesei vita Cronium quasi *Saturnalem* dictum referantur. Quia Macedonibus vero *Lōrum*, ut in Alexandri vita prodit: à Boeotis vero Hippodromium, ut idem in Camillo ait. Ἀgyptiis Ηλιον, Belgis *Wendmaent*, quasi à pascuis. Germanis *Braetman*, ut nobis etiam *Braemant*.

7. IULIVS.

Ιούλιον.

Atticus *Ιανουάριον*, Latinis etiam *Quinctilis*, quo dicitur fuit à Martio, unde Annū Romani inchoabant. Metagittinia A pollinis sacra mensis dedisse, auctor est Suidas. Boeotis *panemon*, Syracusani *Carnium* nominabant, ait Plut. in Nicia, & Camillo. In eiusdem tantum Demosthenis vita male quidam *Maius* vertunt. Idem rursum in Poplicola Septembri mensi non Iulio aptasse videtur nisi aut memorie vitio peccaret, aut mendosus ille locus est. Nam ibi Iudus Septembres tribuuntur plenilunio Metagittinosis. Giraldus, H. Iunium hic, ceterosque excute. Belgis dictus *Hoymaent* Hebrais *Ab*, Gallis *Inuillet*.

8. AUGUSTUS.

Βορδραμον.

Sextilius & hic anteā nominatus, quasi à Martio sextus, ut & insequens à septimo numero *September*, & sic deinceps. *Bondromius* à *Bondrum* o. quod est auxilium felinato fero. Hinc sacra *Boedromia*, de quibus in Theseo Plut. Suidas, &c alii. Fuisse autem proximum *panzerfeste*, dices ē Plut. in Aristede, ubi de pugna Platæa tempore verba facit. Plura Giraldus hic ubi & de Deo Silentiū *Harpocrate* ē Plut. de Iside & Ophide agit. Ἀgyptiis *Mefoxi*, Belgis *Ostmaent*, Gallis *Aguſt*.

9. SEPTEMBER.

Μεγαρινέαν.

Gaza, at hic Scaligero est *Otober*.

Atricis sic dictus, *ρυπών* est impetum facere, & Iupiter cognomento *Mammatus* dictus, teste Giraldo: vel à tempestuarum impetu, vel contra, quod placari possit. Sic Græci litteratores. Suidas Atheniensium quintū esse mensem tradit, sed fugit hominem ratio, ni fallor. Quarusc enim esset à Iunior quin & *Ianuarium* esse existimat: unde & Varinus hauſit, sed ab utroque Gaza differat. Arianius lib. 11. Expeditionum Alexandri, hoc incerte viciū sribit Darium pugna lissica. Boeotis dictus *Alacronitis*, & Beodromioni successisse Plut. ait in Aristede. Ἀgyptiis οὐδ *Thoth*, Chaldaicis *Tisri*: Belgis *Herstmaent* quasi autumnalis primus: alius *Herstmaent* ab hordeo, vel *Spelmaent*.

10. OCTOBER.

Πονεψιάν.

Sic Gaza, at Iosepho Scal. *Septemb.*

Dicitus à Pyaneptis sacrū, ut Harpocratō, & ex eo Suidas ex Lycurgi oratione docet, quia sacra Apollini fabant, coctis leguminibus, qui *κυριακή* dicebantur, quasi *κυριακή*, ut notat Eustathius in vigesimum secundum Iliad. Vide & Plutar. in Theseo. Boeotis Damactius dictus: Ἀgyptiis *φωνή*, ut in Iside & Ophide Plutax. at Belgis *Braekmaent* est *Wymaent*.

11. NOVEMBER.

Αἰτηνεῖαν.

Gaza, at hic Scal. *Ianarius* est.

Theodorus Gaza Atticum hunc Novembri apposuit, sed non assentitur Xylander ad Vitas Plutarchi, hunc Martium fuisse opinatus. Suidas & Varinus octavum hunc esse mensem assertunt, sed is *Ianarius* est et à Junio numerando, Plutar. in Sulla vita, Atticen as eo capras ait Kaleadi Martis, qui dies maxime novilunio, id est, principio Anthesterionis conveniat. Et Appianus lib. 11. Bellorum Civilium, medio Anthesterionis aptat. Martias Iudus, quibus percussus C. Caesar. Idem Plutar. in fine vita Arati Anthesterionem cum Dæsi eundem facit, & Alexandrum Magnum sub finem Dæsi extinctum ait. Sed Suidas Dæsiū *Iunium* mensem exponit, quo de Giraldum confulc. Xylander putat Dæsiū Sicyonium mensem ab eo diversum esse. Vide Adagia in Zenobio, Suida, & Erasmo. Ita foras Carez, non amplius Anthesteria; & Hedera post Anthesteria: Ἀgyptiis *Agēz*; Chaldaicis *Kaslu*. Belgis *Slachment* est, ut Gallis *Novembre*.

12. DECEMBER.

Quasi Neptunum dicas. Nuidæ & Gaza December est. Plutar. in Cæsaris vita solsticium hibernum ei tribuit, quod in finem Decembris fere incidit. Ägyptiis καύξ Chald. Tebeth. Belgis Wintermaent, quod de tribus mensibus hiemalibus sit primum.

DE DIEBUS ROMANORVM GRÆCORVMQ.

Primus Mensis cuiusque dies, ut Romanis Kalenda dicitur, sic Græcis Νεψενία, quasi Novilunium dicas, quod in mensibus Lunæ cursum potissimum observarent, ut Romani Solis rationem haberent. Luna itaque mensem incipiebat & finiebat. Ultimus dies Εὐηγένια, id est, *vetus & nova*, dicebatur, quod inter elapsum & proxime sequentem mensem intercederet. Plutar. in solone pulchre hoc interpretatur: cuiusque comparatione Fortuna inestabilitas elegantibus Sophoclis versibus exprimitur in vita Demetrij. Reliqui Mensis dies in tres decadas dividuntur. Prima dicitur ισοτρίπτη πεντάς, instantia vel invenit in Mensis: altera παρατρίπτη, vel in δίπτη, medij, vel supra decem: tercia παντρίπτη, vel ἀπότριπτη, pracipitanter, desinente, exuenitis.

A pud Romanos M. Terentius Varro agatorum doctiss. & Nafo a Fastis DIES partuntur in Festos & Profectos: item in Comitiales, Nafastos, & Intercessos: de quibus copiose differunt post Macrobius, lib. i. Sat. cap. 16. Pau. Manutius in Kalendarium verus Roma. Onuphrius, Commentariorum Fastos Capitolinos lib. i. cap. 6. De anno & eius partibus, item Th. Gaza de Mensibus, Lilius Gyraldus. Had. Iunius de Anno: & nuper Pet. Castellanus, Medicus, & Gracæ litter. Lovanij Doctor. libro De Festis Græcor. per eruditio: ac deniq; Io. Lamantius, De VII. gentium cum Rom. collatis anno Parcam itaque operam, & eo Lectorem alegabo, ubi explore stitum queat. Antiqui enim Fastorum interpretes, L. Cruciis Afinentius, Q. Fultrius Nobilier, Masurius Sabinius, Babius Mater, Cobe, Labeo, Iulius Modestus, P. Rutilius Geminus, T. Nilus, aliisque temporum iniuria peritus intercedere.

DIERVVM HEBDOMADIS VOCABVL A SEPTEM
Planetis ducta.

Dies Luna, Græcis ημέρα ολόκληρη Belgis Maendach: Germanis Mondach.

Mariæ, dæg, Dinsdach: quaf à Dinghen Germanis Brütag.

Mercurii, sequens Moenbach: Germanis Mittwoch.

Iovis, Diæs, Donderdach à love Tonante, Germanis Donnerstag: Phinstag.

Veneris, dægðing Vendach van brenn. Germ. quoque Frestag.

Sabbati, Saturni, Kørs, Belgis Saædach à Saturno. Germ. Samstag.

Solis: Dominicus, κυριακη, Sondach à Sole vocatur. Antiqui à septem planetis, ut vides, indiderunt nomina etiam Germani & Belgæ, ac Celte septem diebus Hebdomadis: sed Ecclesia dies illos nominavit, ergo, hoc est Ferias.

Πρæm in toþl, prima feria, Dominicus.
 { dæwæg, Secunda
 { teætm, tercia
 { mædæg, quarta
 { teætm, quinta,
 { iætm, sexta
 { teætm. Sabbatum.

} feria

F I N I S.





Handy Chronik des Rom. Ges. bis X. Jahr.

I. Rom unter Kaisern. V. f. I. 23. 3230—3475.

Romulus geboren Doct. 3230. Galytan Ky. Targ. Superbey.

II. Rom unter Republik. 3475—3954. abrei Kaiser.

1) Rom unter Kaiser Augustus. 3475—3720.

Mitral. w. Urakas. plus Caesar Augustus. Galli Sennones gallo
dove. Minervia w. Quir. wth. d. Capitol 3594. Romulus
w. Appiolepsis Krieg.

2) Rom unter Kaiser Trajan. 3720—3838.

a) Probus w. D. pilinius Krieg 3720—43. vng. Hispania.
Tiberius vng. & Alayah. Regulus.

b) Germania Krieg. 3760—83. vng. Sagunt. Hispania.
D. Clodius vng. Cannae. Fabius Cunctator. Marcell.
D. Brutus nobilis. Scipio (Zama) — his clasped hands
Asia vng. Taurum w. Macedonia nobilis.

c) Dritter Krieg. 3835—3838. Carthago w. Corinth
vng. D. Rom. prospicere.

3) Rom unter Kaiser Trajan. 3838—3954.

a) Rom unter Kaiser Trajan 3838—3956. Hispania. gallo
do Alayah w. in Hispania. Apollon, & Probus. Regulus.

b) Hispania & Hispania 3956—3954. Hispania. Hispania
als Provinz w. d. Einheit (3870) Krieg w. Sall. vng. Krieg w.
allem Mittelmeer in Hispania. Sall. w. I. Patricius reges.
Crassus, Pompeius w. Caesar Triumvir. — Cætilianus Krieg
Gurrufan. Crassus w. d. Provinz Hispania 3936. Caesar Divit.
perp. 3939. vult & Crassus 3940. Octavian, Antonius
& Lepidus, exercitus reipublicae constituerendae. T. Clodius vng
Romani. Augustus d. post. 3954.



AB: 52 5
K.3

X26 11288

WZB





V. S.
nus quasi volucamus
in sumum cur Romaneles



ROMANARUM ANTIQUITATUM ELECTA.

AD X. CAPITA IOAN. ROSINI.

- I. DE PRISCIS ROM. GENTIB. AC FAMILIIS.
- II. DE TRIBUBUS ROM. XXXV. Rusticis
atque Urbanis.
- III. DE LUDIS FESTISQ. ROM. ex Kalendario vetere.

STUDIO AND. SCHOTTI SOC. IESV.



COLONIAE

Apud IODOCUM KALCOVIUM,

Anno M. DC. XLV.

2

